




# Dissertatio literaria de comparationibus et metaphoris apud Atticos praesertim poetas

<https://hdl.handle.net/1874/253172>

7

DISSERTATIO LITERARIA  
DE  
COMPARATIONIBUS ET METAPHORIS  
APUD  
ATTICOS PRAESERTIM POETAS.



DISSSERTATIO LITERARIA  
DE  
COMPARATIONIBUS ET METAPHORIS  
APUD  
ATTICOS PRAESERTIM POETAS,  
QUAM  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,  
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
CORNELII HUBERTI CAROLI GRINWIS,  
MATH. MAG. PHIL. NAT. DOCT. ET IN MATH. ET PHIL. NAT. FAC. PROF. ORD.  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU  
ET  
NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE  
ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,  
PRO GRADU DOCTORATUS  
SUMMISQUE IN  
PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIO-  
RUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS  
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET  
GUILIELMUS FREDERICUS HENRICUS COENEN,  
E PAGO GENT.


Ad diem XI m. Decembris A. MDCCCLXXV, Hora III.



TRAIECTI AD RHENUM,  
APUD KEMINK ET FILIUM.  
MDCCCLXXV.



PARENTIBUS CARISSIMIS.



## P R A E F A T I O.

*Cum constituissem scribere de argumento quodam ex Literis Graecis aut Latinis ad summos in Literis consequendos honores, Vir Clarissimus VAN HERWERDEN mihi suasit ut inquirerem in figuratam orationem apud poetas Atticos.*

*Quod argumentum cum mihi valde placeret mox opus aggressus sum. Collegi igitur comparationes et methaphoras, quae extant apud Tragicos Graecos et Aristophanem. Ad quas illustrandas adhibui Comicorum ceterorum et Lyricorum reliquias. Etiam pedestris orationis scriptores non plane neglegendi esse videbantur; in primis vero perlegi Platonem, ex cuius scriptis plerasque figuras ad hoc argumentum pertinentes adnotavi.*

*De ratione autem, qua rem egerim, cum hic nihil addendum habeam, mihi Academiae vale dicturo unum restat officium, cui libenter satis facio, ut publice profitear gratum animum erga Praeceptores, quorum institutione egregia frui mihi contigit.*

*Tibi in primis gratias ago, Vir Clarissime VAN HER-WERDEN, Promotor Aestumatissime, qui me semper singu-lari prosecutus es benevolentia, et monitis Tuis me hanc dissertationem scribentem modo humanissimo adiuvisti.*

*Vos quoque, Viri Clarissimi OPZOOMER et BRILL, maximas accipite gratias. Vobis persuasum sit me nunquam obliturum esse, quanti mihi facienda sint Vestra in me merita.*

*Vobis omnibus, Viri Clarissimi, longum et felicem vitae cursum opto, ut diu possitis prodesse studiis Iuuentutis Aca-demicae.*

*Vobis quoque, Amici Commilitones, spero fore ut pro-spere cuncta procedant. Hic libellus vobis renovet memoriam illius temporis, quod in hac Musarum sede sodales de-gimus.*

## INTRODUCTIO.

---

Figuratae orationis praecipua pars continetur comparationibus et metaphoris, quas figuras ex Atticis praesertim poetis collegi et illustrare conabor. Quae quomodo inter se differant et cohacreant, unicuique notum est. Comparationes autem tempore praecedunt metaphoras, nam postquam similitudo quaedam tam familiaris facta est, ut sententiam unusquisque statim intellegat, si res translata pro re cogitata scribatur, omissa coniunctione comparativa, tum demum metaphora usurpari potest; qua de causa in hac scriptione comparationes identidem primo loco ponam, tum sequentur metaphorae, quae inde explicari possunt.

Figurae, de quibus agemus, ad haec genera referri possunt:

1°. Saepissime occurrunt eae quae petitae sunt ex *natura*, quas cum antiquissimas esse duxi et simplicissimas, primo loco collegi et exponam.

2°. Sequuntur illae, quae sumtae sunt ex *re nautica*,

quarum numerum maximum reperiri apud poetas Atticos et reliquos Graecos scriptores, minime mirum esse videbitur. Mari enim Graeci carissima et optima referebant accepta, libertatem et opes, neque ignotum est imaginem maris et navigationis optime convenire fluctuantibus et incertis rebus humanis, ita ut omnibus poetis haec metaphora perfamiliaris facta sit.

3°. Tertium genus est earum, quae continent imagines ex *artibus* sumtas, quae quotidie ab hominibus tractantur et quae Graecis familiares erant: *ars lanifica, architectura, ars medica*, al.

4°. Quartum est earum, quae pertinent ad *ludos* et *palaestram*, cum quo genere, etsi proprie eo non pertinent, eas coniunxi, quae sumtae sunt ex *arte sagittandi*. Satis frequentes hae metaphorae occurrunt, quae res optime explicari potest ex harum rerum amore, quo Graecos, Athenienses in primis, flagrasse notum est.

5°. Quintum denique caput complectitur eas figuræ, quae ad certum genus referri non posse videbantur, nec tamen in hac dissertatione neglegi poterant.

## CAPUT I.

Hoc caput continet figuras ex *natura* petitas, quarum variae sunt species. Cum *avibus*, *animalibus aliis*, *cane*, *equo*, *leone* comparantur homines; tum quoque *plantae*, *arbores*, *flores* in translationibus occurrunt; denique nonnullae reperiuntur metaphorae quae ad *aerem*, *ventos*, *fluctus* pertinent.

Iam harum figurarum videamus exempla apud poetas Atticos, quorum agmen dicit AESCHYLUS.

Comparisonem huius generis legimus in eius tragœdia, cui titulus est Septem contra Thebas, vs. 289 sqq.

μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος;  
τὸν ἀμφιτειχῆ λεῶν, δράκοντας ὡς τις τέκνων  
ὑπερδεδοικεν λεχαῖον δυτευνάτορας;  
πάντροφος πελείδης.

Sunt verba chori matrum, quae suum metum his significant. Pro voc. *πάντροφος* a nonnullis editoribus scribitur *πάντρομος*, quod Dindorf quoque olim probavit, in ed. 5<sup>a</sup> vero denuo *πάντροφος* scripsit, citans Tzetzen ad Lycophr. 87 et Eustath. ad Hom. p. 1602, qui loci iam a Schützio memorati sunt. Hic autem criticus, me iudice recte, dicit

praeferendum esse πάντρομος; πάντροφος enim, quod secundum explicationem Tzetze, significat: *mater quae omnes nutril*, non pulchriorem reddit imaginem neque novi quidquam addit. Si vero scribitur πάντρομος, sensum aptissimum verba nanciscuntur. Tum enim significant columbam, *quae tremit omnibus membris metuens periculum, quod pullis imminet a draconibus.* Secundum Blomfieldum voc. δυσεννάτορας sic vertendum est: *perniciosos tori consortes.* Hoc vero, mea quidem sententia, minus aptum foret. Me iudice sic accipiendum est, ut cogitemus draconem, qui in vicinia nidi decumbit et insidiatur. Ceterum cum hoc loco apte conferri potest Sept. c. Theb. vs. 503, ubi de Pallade Eteocles dicit:

πύλαισι γείτον' ἀνδρὸς ἐχθαίρους' ὑβριν  
εἴρξει νεοστῶν ὡς δράκοντα δύσκημον·

Cf. Plato Legg. VII. p. 814.

Aliud exemplum huius generis legimus in Supplicibus vs. 223 sqq., ubi Danaus comparat suas filias cum columbis, *quae metu accipitrum fugerunt:*

ἐν ἀγνῷ δ' ἐσμὲ δῶς πελειάδων  
ἴξεσθε κίρκων τῶν ὄμοπτέρων Φόβῳ,  
ἐχθρῶν δυσάιμων καὶ μισιόντων γένος.

Locus est perspicuus, fortasse nimis perspicuus; ultimo enim versu, ni fallor, facile careremus, quum nihil contineat nisi imaginis explicationem, πίρων ὄμοπτέροι sunt accipitres eiusdem generis; haec verba igitur per δυσάιμων explicantur; ἐχθρῶν autem, post πίρων et πελειάδων in praegressis, nemo omissum desideraret. Credo igitur hunc versum

supervacuum esse et imaginem corrumpere, qua de causa eum eiciendum puto. Quod attinet ad vocabulum ὁμόπτερος, occurrit quoque in Aeschyli Choeph. vs. 174 κάρτ' ιδεῖν ὁμόπτερον.

Eadem imagine poeta usus est de eadem re Prometh. vs. 857 sq.

κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι,  
ἥξουσι θηρεύοντες οὐ θηραστίους  
γάμους.

Iidem proci in eadem fabula, Supplie. vs. 751 sq. comparantur cum *corvis*, qui infesti sunt parvis et imbecillis avibus:

οὐλόφρονες δὲ καὶ δολιοκήτιδες δυσάγνοις Φρεσὶν,  
πόρκαις ὥστε, βωμῶν ἀλέγοντες οὐδέν.

In Choephoris duac metaphorae occurrunt, quae hoc pertinent: vs. 246 sqq., ubi Iovis auxilium ab Oreste imploratur his verbis:

Ζεῦ Ζεῦ, θεώρδες τῶνδε πραγμάτων γενοῦ·  
ἴδου δὲ γένναν εὗνιν ἀετοῦ πατρὸς  
θινόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειρόμασι  
δεινῆς ἔχιδνης· τούς δὲ ἀπωρφανισμένους  
ηῆστις πιέζει λημός· οὐ γάρ ἐντελῆς  
θήραν πατρόφαν προσφέρειν σκηνήμασιν.

Queritur Orestes, sc. et Electram fame cruciari et vagari extra domum paternam. Non perspicuum est quid significet θῆρα πατρῷα, cum nunquam de praeda Agamemnonis mentionem factam viderimus; an hic, ut Schützius voluit,

cogitandum est patrimonium, quo liberi privati sint quodque non possint ferre in suos nidos? Evidem puto aptius hac metaphora res Agamemnonidarum describi, si legimus cum Blomfieldo πατρῷοις pro πατρῷων, ita ut illud adiectivum cohaereat cum σκηνήμασι. Haec mutatio difficultatem nullam habere videtur et, quod sententiam clariorem reddit, non improbabilem eam existimo. Verba tum significant: *prohibemur inferre praedam in nidum paternum, repellimur ab angue, qui patrem nostrum interemit et nidum occupavit.* Pauwius porro pro ἐντελέσι, quod difficile est ad explicandum, proposuit ἐντελεσῖ, quam coniecturam valde probabilem esse iudico, quippe quae omnem tollat difficultatem.

Locus alter Choephorarum est vs. 500 sq., ubi Electra patrem his verbis appellat:

καὶ τῆσδε ἀκουσον λαισθίου Βοῆς, πάτερ,  
ἰδὼν νεοστοὺς τούσδε ἐφημένους τάφῳ.

*νεοστοί*, quod proprie de pullis dicitur, hic ad *liberos* imperfecti herois translatum.

Denique memorandus est Eumen. vs. 999

Παλλαδος δὲ ὑπὸ πτεροῖς ὄντας ἔζεται πατήρ.

„*Jupiter veretur illos qui sub alis Minervae degunt.*” Haec metaphora, qua homines comparantur cum *pullis*, *qui matris alis teguntur*, quoque cognita est nostris scriptoribus, qui eam fortasse ex libris sacris petiverunt. Cf. Evang. Matthaei c. XXIII. vs. 37.

Comparationes et metaphorae huius generis apud *SOPHOCLEM* quoque occurrunt. Praecipuae sunt haec: Aiac. vs. 139 sq.

μέγαν ὅκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι  
πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.

Sic hos versus legimus apud Dindorf ed. 5, sed minime placet criticis, neque quid sibi velint haec verba, perspicuum est. Hanc ob causam vir cl. van Herwerden statuit cum Piersono legendum esse φήνης pro πτηνῆς, et ipse coniecit ὄμμα mutandum esse in αἷμα, πελείας in πελειάς; vide quae dixit de hoc loco: *Stud. critic. in Poet. Scenic. Graec.* Tum omnino verba perspicua fiunt et convenient citatis metaphoris et comparationibus. Hoc tantum mirum videri potest quod Sophocles illos nautas, socios Λιαεις, comparavit cum columba, quare haec imago fortasse minus digna habenda est summo poeta. Aptius sine dubio Aeschylus hanc imaginem adhibuit de feminis et imbecillis, et cum de viris talia affert, simul matres metuentes loquentes inducit.

In fine eiusdem chori simili imagine usus est tragicus vs. 167 sqq. Dicit de inimicis et calumniatoribus herois:

ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμα ἀπέδραν,  
παταγοῦσιν ἀπέρ πτηνῶν ἀγέλαι·  
μέγαν αἰγυπιὸν δὲ ὑποδείσαντες  
τάχ' ἀν, ἐξαίφνης εἰ σὺ Φανεῖς,  
σιγῇ πτῆξειαν ἀφανοί.

Pro ἀγέλαι Cobetus melius ἀγέλαι; ὑποδείσαντες cum πτῆξιαν coniunctum, hic idem significat quod designatur Homericō ὑποπεπτηῶτες Iliad. B. vs. 313, sunt aves terrore tremunt et se demittunt, appropinquante ave inimica. Verbum autem ὑποδείσαι, quod de hominibus quoque et

diis apud Homerum imprimis usurpatum videmus, peculiari usu adhibuerunt Attici de ave timente; v. c. apud Aristophanem Λv. vs. 65 legimus nomen avis ὑποδεδιώς. Porro de hoc loco animadvertisendum est in versu 169 a Dawesio insertam esse particulam δ', quam Dindorf recepit. Lobeck dicit locum esse turbatum et olim proposuit legendum post αἰγυπιὸν: τάχος δ' ἔξαιφνης εἰ σὺ Φανεῖνς ὑποδείσαντες. π. τ. ἐ. Hermannus vero hanc coniecturam improbavit, quare Lobeck eam non in textum recepit. Mihi videtur locus nunc legi sine vitio, qualem eum legimus in ed. Dindorfii; si vero difficultas quaedam remanere videatur in constructione verborum, hac mutatione propelli potest si legimus:

τάχ' ἀν ἔξαιφνης εἰ σὺ Φανεῖνς,  
μέγαν αἰγυπιόν σ' ὑποδείσαντες  
σιγῇ πτήξειαν ἄφανοι.

Haec coniectura in quam quoque incidit Rauchenstein, mihi admodum probabilis videtur; sententia enim fit clarior, quum ὑποδείσαντες et πτήξειαν, subiectum et verbum, proprius se invicem posita sint. Iam Toupius σ' scribendum proposuit ante ὑποδείσαντες, sed eo loco pronomen non conveniebat sententiae, cum illa mutatione tantum recepta, hi versus legerentur hoc modo:

παταχοῦσιν ἀπερ πτηνῶν ἀγέλαι  
μέγαν αἰγυπιόν σ' ὑποδείσαντες.

„*Atis strepunt terrore te videntes ut aves accipitrem.*” Lobeck, qui hanc coniecturam attulit, recte obicit: „non dici potest: homines metu percusos strepere.” Ceterum

cum hoc loco conf. Hom. Od. χ. 302—306. Brunckius iam contulit Apollonium Rhodium Argon. I. 1049 sq.

οἱ δὲ ἄλλοι εἴξαντες ὑπέτρεσκυ, οὔτε κίρκους  
ἀκυπέτας ἀγεληδὸν ὑποτρέσσωσι πέλειαι.

Admodum placuit poetis tragicis feminae lamentantis cum *luscinia* comparatio; comparatur misera cum Philomela, quae suum Ityn deplorat. Sophocles hanc imaginem adhibuit in Electra, ubi tristis Agamemnonis filia canit vs. 145 sqq.

ὑπίοις δε τὰν σίκτρῶς  
οἰχομέγων γυνέων ἐπιλάβεται·  
ἄλλ' ἐμέ γ' ἀ στονέσσος' ἄριστην Φρένα,  
ἄ "Ιτυν, κιὲν" Ιτυν διοφύρεται,  
ὅντις ἀτυχομένα, Διὸς ἀγγελος.

Cf. vs. 107 sq.

Antigone in cognomine fabula vs. 423 sqq. a nuntio comparatur cum *ave*, quae suum *nidum pullis orbatum repperit*:

ἡ παῖς δρᾶται κάνακωνει πικρᾶς  
ζονιθος δεῦν φόργυν· ὡς δταν κενῆς  
εὐνῆς νεοσσῶν δρφανὸν βλέψῃ λέχος.

Pro *πικρᾶς*, quod *miserae* significare deberet, recte a Bothio puto emendatum esse *πικρῶς*, quod quam ob causam critici non receperint, nescio.

In eadem Sophoclis fabula, initio chori vs. 110 sqq. pulcherrimam legimus metaphoram, quam hic omittere nolo:

ὅς ἐφ' ἡμετέρᾳ γῇ Πολυμείκους  
 ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων  
 δέξα κλάζων  
 ἀετὸς ἐς γῆν ὑπερέπτη,  
 λευκῆς χίονος πτέρυγι στεγανός  
 πολλῶν μεθ' ὅπλων  
 ξὺν θ' ἵπποκόμοις κορύθεσσιν.  
 στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων Φονώσαισιν ἀμφιχανῶν κύκλῳ  
 λόγχαις ἐπτάπυλον στόρμα  
 ἔβα, πρὶν ποθ' ἀμετέρων αἰμάτων γένυσιν  
 πλησθῆναι τε καὶ στεφάνωμα πύργων  
 πευκάευθ' "Ηφαιστον ἐλεῖν· τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάηη  
 πάταγος" Αρεος, ἀντιπάλου δυσχείωμα δράκοντος.

vs. 113 antea ὡς ὑπερέπτη legebatur; Hermannus vero expulit hanc particulam, quod merito factum esse puto, sed me iudice pro ἐς γῆν melius legeretur ὡς γῆν:

ἀετὸς ὡς γῆν ὑπερέπτη,

„velut aquila supervolavit terram.” Ceterum Schneidewinus apte contulit Iliad. II. 428 sq. et Aeschyl. Agam. vs. 47. Versu ultimo, ut videmus, *Martis draco* dicitur Thebarum *adiutor*. Prorsus contrario modo ab Aeschylo hostis Thebarum *draco* appellatur. Causa discriminis minime latet. Aeschylus in hac comparatione non cogitavit modum, quo Thebae conditae esse narrabantur. Sophocles vero huius fabulae memor fuit, itaque pulchriorem me iudice reddidit imaginem, cum in mentem revocet mythum illum de Thebarum conditore. Sine dubio Sophoclis ingenium poeticum hoc loco maxime admirandum est. Non incredibile tamen duxerim Aeschyli versus, de quibus supra

locuti sumus, Sophocli obversatos esse, nec veri dissimile  
puto Aeschyli menti obviam fuisse versus Homericos, ubi  
ut notum dracones et aquilae magnas partes agunt; vid.  
Il. M. 200 sqq. iam a Schneidewino citatum.

Denique huc quoque pertinet Oed. Reg. vs. 16, ubi metaforam de qua agimus verbo attigit tragicus, qui locus conferendus cum illis ex Aeschylo, ubi iuvenes et pueri eum *pullis* comparantur. Vide quae adnotavit ad hunc locum v. cl. van Herwerden in ed. mai. Oedip. Reg.

Iam transeamus ad comparationes et metaphoras huius generis, quas legimus apud EURIPIDEM.

Comparatio exstat in Electra vs. 151 sqq., quae in memoriam revocat locum citatum Sophoclis Electr. vs. 145 sqq., vide supra. Hic autem legimus:

οῖα δέ τις κύκνος ἀχέτας  
ποταμίοις πυρὶ χεύμασιν  
πατέρα Φίλτατον ἀγκαλεῖ,  
δλόμενον δολοῖς βρόχων  
ἔρκεσιν, ὡς σὲ τὸν ἀθλιον  
πατέρ' ἐγὼ κατακλάομαι.

In Troad. vs. 148 seq. Hecuba hortatur Troades, ut secum defleant fatum Illi:

μάτηρ δ' ᾧσεὶ πτανοῖς κλαγγάν  
ὅρνις ἔξαρξω γὰρ μολπάν.

Quomodo haec vertenda sint non dubium videri potest. Unde poëta comparationem sumserit nos docet Burges in editionis suaee appendice pag. 154: „cuiusnam, inquit, ge-

neris aves istae sint, quibuscum Hecuba se chorumque comparet, ipse noster palam fecit in Helena vs. 1495 sqq." (1478 Dind.), ubi collato Arato Progn. 299 οὖς ὑψοῦ γεράγων μακρὰ στίχεις αὐτὰ κέλευθα τείνονται πτέ., de *gruibus* sermonem esse demonstrat. Locus ipse corruptus est quare praeter Burgesium eum tentavit Iacobsius, pariter ac ille infelici coniectura; medcla certa adhiberi non posse videtur. Hoc tamen Iacobsius bene perspexit: Troades comparari cum pullis, Hecubam cum harum matre, cum cuius lamentis concinant illae. Troades autem non *tenerae aetatis* causa, sed propter *inopiam* et *imbecillitatem* cum *pullis* comparari poterant; cf. Il. I. 323 sqq.

In eadem fabula, vs. 745 sq. eiusdem generis comparatio occurrit:

τὶ μου δέδραξαι χερσὶ κάντεχει πέπλων,  
νεοστὸς ὥστει πτέρυγας ἐσπίτυων ἔμας.

In tragoedia, quae inscribitur Hercules Furens, nonnullos quoque locos legimus, qui ad hanc rem pertinent; vs. 70 sqq. huius fabulae Megara dicit Amphitryoni se et liberos suos perituros esse ut ipsum patrem Herculis:

ἔγώ δὲ καὶ τὸ μέλλομεν θυήσκειν, γέρον,  
οἱ θ' Ἡρακλεῖοι παῖδες, οὓς ὑπὸ πτεροῖς  
σφέζω νεοστοὺς ὅρνις ὡς ὑφειμένη

In MSS. hic pro ὑπὸ πτεροῖς legebatur ὑποπτέρους, hanc vero emendationem Dobraei Dindorfius recepit; optime, nam ὑποπτέρους significat *alatos*, quod hic minime aptum foret.

Porro pro ὑφειμένη Kirchhoffius coniecit ὑφειμένους, quae coniectura mihi probabilis videtur; imago tum quoque pra-

cedenti fit similius: *liberi refugiunt sub alas matris.* Non tamen nego ὅτι μένη posse defendi, quia tum cura matris magis in oculos cadit, quae metu imminentis periculi super suos pullos resedit, alis expansis.

In eadem tragœdia chorus utitur hac comparatione de Amphitryone vs. 1039 sqq.

ὅ δ', ὡς τις ἔρνις ἀπτερον καταστένων  
ἀδίνω τέκνων, πρέσβυς ὑστέρῳ ποδὶ<sup>1</sup>  
πυρὸν διάκων ἥλυσιν πάρεσθ' ὅδε.

Sententia est perspicua, ἀπτερον scriptum est pro ἀπτέρων, quia minus sonora esset repetitio syllabæ *ων* in fine versus, cum iam in sequenti versu eadem syllaba recurrat.

In fragmentis Euripidis metaphora hoc pertinens legitur fragm. 273

πτηγὰς διάκεις, ω τέκνον, τὰς ἐλπίδας

et fragm. 522

πλούτου δὲ κρεῖσσον τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ.

ubi res optatae et divitiae cum avibus volantibus comparantur.

Aristophanes et comicæ reliqui huius imaginis exempla non praebent. Unus tantum locus est ARISTOPHANIS, qui eam in memoriam revocet: Av. vs. 1350 sq.

καὶ νὴ Δ! ὁνδρεῖόν γε πάνυ νομίζομεν  
ὅς ἂν πεπλήγῃ τὸν πατέρα νεοττὸς ἄν.

Praeterea apud hunc comicum occurrit verbum νεοττοτροφῶ de educatione liberorum.

Apud THEOGNIDEM legimus vs. 231

σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἐδώκα,  
„ego tibi pennas dedi i. e. ego te adiuvi.”

In SAPPHUS fragmento (I. 16 Bergk. Anth. Lyr.) legimus:

ταῖσι ψυχρὸς μὲν ἔγεντο θῦμος  
περὶ δὲ οἵσι τὰ πτερά.

Quae dicta esse videntur de pueris animos desponentibus.

Alia quoque animalia occurrunt in comparationibus poetarum, in primis *leo*, *equus* et *canis*, quorum iam exempla videamus.

In AESCHYLI sept. c. Theb. vs. 52 sq. nuntius de heroibus pugnandi cupidis dicit:

σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων  
ἔπνει, λεόντων ὡς Ἄρη δεδορκώτων.

Sententia est: *ardebant cupidine pugnandi ut leones qui ad pugnam se parant.* "Ἄρη δεδορκώτων intellegendum est de acie oculorum bellicosa: cf. δριμὺς, νάπτιος, ναιύφρωτος βλέπειν alia apud Aristophanem. Non recte igitur puto Schützium vertisse „*ut leonum pugnam cernentium*,” annotantem: „*Ἄρη δεδορκότες* dicuntur leones, cum se pugnae parant eamque imminere sibi vident: cf. Hom. Il. P. 133 ubi de Aiace utitur tali metaphora.” Blomfield melius vertit „*Martem tuentium, bellicose.*” Contulit autem Il. X. 95 ubi Hector comparatur cum *dracone* aequa ac hostes Thebarum vs. 289 et 503 huius fabulae, de quibus iam supra vidimus. Accedat autem vs. 380, ubi de Tydeo legimus:

Τυδεὺς δὲ μαργῶν καὶ μάχης λελιμμένος  
μεσημβρινᾶς κλαγγοῖσιν ὡς δράκων Βοῖ.

Scholiasta hic adnotavit φύσει γὰρ ψυχρὸς ἦν ὁ Φίσ,

μεσημβρίᾳ ἀκμάζοντος τοῦ ἥλιου θερμαινόμενος, εὔκινητος ἔστι καὶ συριγμοῖς προσέχει. Tydeus igitur ut draco aestu irritatus stridet, spirat caedem et interitum. Vide quae hic adnotarunt Schütz et Blomfield.

Idem heros, vs. 393, comparatur *equo* inquieto et pugnandi cupidio:

Ἴππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων μένει,  
ὅστις βοὴν σάλπιγγος δρυκίνει μένων

μένει et μένων ambo recte scripta esse non possunt. Schützius hanc ob causam scripsit *βρέμει* pro μένει. Blomfield recepit in textum coniecturam κλύων, a Brunckio excogitatum. Non dubito quin apte coniungi possint emendationes Schützii et Brunckii. Sententia est: *clamat ut equus pugnandi cupidus, audito sonitu tubae.* Apte Blomfield hic contulit Iobi cap. XXXIX. 25.

In deliciis tragicis est comparatio hominis feri et confidentis cum *equo*, cui frenum iniciendum est quique sub iugum cogitur. Huc pertinent Prometh. vs. 1009 sq., ubi Mercurius Prometheus alloquitur his verbis:

δακὸν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγῆς  
πῶλος βιάζει καὶ πρὸς ἥντας μάχει.

Hoc loco Wecklein *Studien zu Aeschylus* pag. 48 sq. pro βιάζει legendum proponit λιάζει, quod βιάζει de equo dici non possit, sed dicendum sit de auriga equum cogenti. Attigit, quod equidem restituendum puto, verbum σφαδζεῖν, non vero commendavit. Attulit locum Soph. fr. 727.

τὸν δὲ σφαδζεῖς πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ  
γαστήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης βορᾶς.

Sed ob verba Plutarchi Mor. p. 280 F., ubi huic fragmento haec praemittuntur: Διὰ κόρον καὶ πλησιονὴν ἔξυβρίζουσι καὶ βόες καὶ ἵπποι καὶ ὄντοι καὶ ἀνθρώποι, putat σφαδάζειν non posse habere sensum quem requirit. Non vero cogitavit de fragmento Euripidis 818, quod probat aptissime hic quoque legi posse σφαδάζειν; hoc verbum equidem in loco Aeschyleo olim lectum esse suspicor, propterea quod verbis reliquis utriusque loci inter se comparatis, adducor ut credam Euripidi, ista pangenti, Aeschyli versus obversatos esse.

Fragmentum autem Euripidis quod volo hoc est:

εἰ μὲν τὸδὲ ἡμαρ πρῶτον ἦν κακουμένω  
καὶ μὴ μάκραν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,  
εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἀν ώς νεόδυνγα  
πᾶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.

In Agam. vs. 1639 sqq. haec minantis Aegisthi verba legimus:

τὸν δὲ μὴ πειθάνορα  
ζεύξω Βαρείαις οὕτι μοι σειραφόρον  
κριθῶντα πᾶλον.

ad quem locum scholiastes adnotavit haec: οὐχ ὑποζεύξω τὸν μὴ πειθαρχοῦντα ὡς κριθῶντα πᾶλον ἤγουν πίονα ταῖς κριθαῖς· ἀλλὰ συγκλείτας καὶ λιμώττειν ἔστις πραῦνω. Blomfield iure dicit scholiasten hos versus non intellexisse, Aegisthum prorsus contraria dixisse iis quae scholiasta habet. Ad adiectivum *Βαρείαις* secundum Blomfield intellegendum est ζεύγλως. Schützius, secutus verba Pollucis Onom. VII. 24, in textum recepit: μὴ σειραφόρον τε καὶ κριθῶντα πᾶλον, vertitque

his verbis: *immorigerum vero et refractarium, tamquam equum frenis asperum et pabulo nimio ferocientem, catenis vinciam.*"

Equidem vero crediderim οὕτι μοι, sive quod Karstenius v. cl. voluit οὕτι μὴν, veram esse lectionem. Aegisthus dicit: *immorigerum et ferocientem firmis loris adstringam, non ut τειραφόρου, funalem equum habebo*, qui extra ingum currit. Vide quae Blomfield dedit de voc. τειραφόρος ad Agam. vs. 842. Ceterum hic locus in mentem revocat pulcherrimos istos versus Homericos qui leguntur Iliad. z. 506, ubi de Paride haec canit:

ως δ' ἔτε τις στατὸς Ἰππος, ἀκοστήτας ἐπὶ φάτνη,  
δεσμὸν ἀπορρίξεις θεῖη πεδίοι προσίνων,  
εἰσθῶς λαύεσθαι εὐρρεῖος ποταμοῖς,  
κυδίων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται  
ἄμεις ἀΐστονται, ἵδη ἀγλαῖη φι πεποιθώς,  
βίμφα ἐ γεῦνα φέρει μετά τ' θεα καὶ νομὸν Ἰππων.  
ὡς νίδε Πριάμοι Πάρις πατὰ Περγάμου ςκρης.

Ex cursu equestri sumtae sunt comparationes haec:  
Choeph. vs. 1022 sqq. Orestes ait:

ἀσπερ ἔνυ Ἰπποις ἡνιοστροφῷ δρόμου  
ἔξωτέρω· φέρουσι γὰρ νικώμενον  
φρένες δύσταρτοι.

Suam mentem agitatam comparat cum equis, qui frenis non parent. Recte, ut puto, Stanleius hoc loco scripsit ἡνιοστροφῶ, quod Dindorf in textum recepit. Schützium vero non audiendum censeo, qui scribit ἡνιοστρόφου, obiectum verbi φέρουσι; tum γὰρ ad totam sententiam pertinet, sed

verba sic minus perspicua redduntur; γὰρ enim tum serius positum est, quam ut recte explicare possit verba praegressa: οὐ γὰρ σῖδε δῆμη τελεῖ. Stanleius huic loco contulit Prometh. vs. 883 ἔξω δούκου φέρειν, ubi equidem crediderim non de *auriga* et *curru* mentionem fieri, sed de *nave*, quae *ventis vexata cursum tenere non potest*. Cf. Plato Cratyl. c. 28 p. 414 B. ἐκτὸς δρόμου φερόμενον et ibid. c. 35 p. 425 A.

Ad metaphoram, de qua scribimus, quoque pertinere videtur verbum καβυπτάζεσθαι, quod legimus Eumen. vs. 731 et vs. 779; significat *vincere in equitatione*, metaphorice: *superare*.

Iam locos quosdam hic adscribam, quibus verbum ζείγνυμι et nomen ζεύς metaphorice usurpat, quod hae metaphorae natura sua proxime accedunt ad illas de quibus egimus.

Homo saepius comparatur cum *equo currum trahenti*, iugoque significantur *mala* et *sors*, quam nolens volens ferre debet. Quam quidem imaginem plenioram praebet locus in Choephoris vs. 794 seq., ubi legimus:

ἴσθι δὲ ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὗμιν ζυγέντ' ἐν ἄρματι πημάτων.

Orestes hic a choro comparatur cum *equo*, qui sub iugo mala ferre cogitur. Deinde chorus precatur Iovem ut mala Orestis leniat ἐν δρόμῳ προστιθεὶς μέτρον.

Tum haec sequuntur

τις ἂν σφέρμενον ἰυθμὸν  
τοῦτ' ἵδειν δάπεδον  
ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα.

Dindorf adnotat: „Τοῦτ' ἴδεν δάπεδον verba corrupta vel interpolata quibus corrigendis non sufficit γάπεδον, quod Hermannus scripsit.” Blomfield scribit τοῦτ' ἴδοι διὰ πέδου, addens constructionem verborum esse hanc: τις ἀν ἴδοι δρεγμα βημάτων ἀνομένων διὰ τοῦτο πέδου σφέδμενον ἔνθασιν, at eo indice: „locus difficillimus post omnes omnium curas medicinam expectat.” Comparat cum βημάτων ἐφεγμα χεῶν δρεγματα vs. 426, cui loco adde Agam. vs. 1111. Probabilior mihi visa est coniectura Schützii proponentis:

πότ' ἀν σφέδμενος ἔνθασιν τοῦτ' ἴδοι δάπεδον.

Ceterum quod ad metaphoram vs. 794 sq. attinet conferri potest Prometh. vs. 103

ἀνάγκαιος ἐνέξευγμα τάχας.

ubi Prometheus suam sortem inevitabilem deplorat. Huc quoque pertinet vs. 579 eiusdem fabulae, ubi Io ad Iovem:

τι ποτε ταῖσδε ἐνέξευξας εἴρην ἀμαρτυρούσον ἐν πημοσύναις.

Denique in eadem tragœdia vs. 671 legimus:

ἄλλος ἐπηγάγκαιός νιν

Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαιν πράστειν τάδε.

*Χαλινός* est frenum, quo equus regitur. Haec igitur metaphora non prorsus est similis eis, quas supra citavimus, neque Schützium audiendum esse puto, qui his verbis et Agamemn. vs. 218 eandem imaginem inessc credit, ubi legimus de Agamemnone: ἐπεὶ δὲ ἀνάγκαιος ἔδι λέπαδον. Schützius autem adnotavit haec: λέπαδον propriæ est lorum, quo equi ad iugum vel ad temonem adligantur; omnino

tamen, hac verbi proprietate neglecta, poeta videtur respxisse ad similitudinem, quae inter necessitatem et *srena* sive *habenas*, quibus equi reguntur et coercentur, intercedit." Minus recte, me iudice: ἀνάγκη, ut vidimus, saepius designatur *iugi* imagine, nec post locos allatos dubium esse puto, quin eadem metaphora hic usus sit poeta, ita ut λέπαδεν in metaphora sensu proprio accipiendum sit, cf. Agam. vs. 1066.

*Iugum servitutis* apud Aeschylum reperimus his locis: Pers. vs. 50, Sept. c. Theb. vs. 75 ζυγοῖσι δουλοῖσι, vs. 471, de *urbe* dictum cf. vs. 792, et Agam. vs. 529 τοιόδε Τροίας περιβαλῶν ζευκτήριον;

cf. vs. 953

ἐκὰν γὰρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ,

et vs. 1071

εἴκουσ' ἀνάγκη τῇδε καίνιστον ζυγόν

et eiusdem fabulae vs. 1226.

Ad eandem metaphoram referendum esse puto adiectivum δύσλοφος de *malis gravibus* dictum, quod legimus Prometh. vs. 931

καὶ τῶνδέ γ' ἔξει δυσλοφωτέρους πόνους

Quomodo denique explicanda sit metaphora, quam legimus Choeph. vs. 1044

μηδὲ ἐπιζευχθῆς στόμα

Φύμη πονηρῆ,

non facile dietu videtur; ἐπιζεύγνυμι est *equos iungere currui*, quomodo autem hoc applicari possit ad os humatum, ita ut loquatur *verba mala*, equidem non assequor.

Apud SOPHOCLEM, quamquam non tam saepe quam apud Aeschylum, occurunt tamen quoque comparationes et metaphorae, quae cum illis, de quibus iam egimus, comparari possint.

Antig. vs. 291 Creon de suis inimicis dicit:

οὐδὲ ὑπὸ ζυγῷ  
λόφον δικαίως εἶχον, ὡς στέργειν ἔμε.

et Electr. vs. 1462 ubi Aegisthus iubet ostendi cadaver Orestis omnibus Mycenaeis, ut si quis, inquit, spiritus sumeret, admonitus sorte huius viri,

στόμια δέχηται τάρπα.

Qui loci conferri possint loco Aeschyli Agam. vs. 1639 sqq.  
de quo egimus.

Porro ζεύγνυμι et ζυγόν metaphorice apud hunc Tragicum his locis adhibita reperimus: Aiac. vs. 24.

καγὼ θελούτης τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ.

Tum etiam, quam apud Aeschylum saepius occurre vidimus metaphoram, qua homo miser premitur iugo malorum, eam legimus Aiac. vs. 123 de heroe

ἄτη συκατέζευκται παπῆ

i. e. *iunctus est miseriae ut equus currui* cf. Pind. Nem. VII. 6 πότης ζυγέντα.

Aliis locis Sophocles de eadem re usus est verbo συγκέντα, quod saepissime construitur cum παπῶι.

Loquendi formam δουλείας ζυγόν legimus in fragm. 518. Ceterum veri simile est hoc pertinere Antig. vs. 109

δέξτέρᾳ πινήσασα χαλινῷ

ubi hostis comparari videtur cum equo, cui frena iniiciuntur cuiusque superbia frangitur. "Αρης δεξιόστερος in eadem strophe eandem imaginem indicat.

Iam videamus quae habeat EURIPIDES ad hanc rem pertinentia. Orest. vs. 45 Electra dicit de fratre misero:

ποτὲ δεμνῶν ἀπο  
πηδᾷ δρομαῖος πᾶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.

In fine huius fabulae Pylades dicitur

ἰσάδελφος ἀνὴρ  
ιθύων νοσερὸν κῶλον Ὁρέστου  
ποδὶ κηδοσύνῃ παράστειρος.

*παράστειρος* est equus qui currit extra iugum, equus *funalis* *τειραφόρος*; equi *iungales* dicuntur *ζύγιαι*. Orestes enim fato coactus est sub iugo currere, Pylades vero sua sponte se subiicit iisdem incommodis et doloribus, itaque onus, quo amicus premitur, adlevare conatur. Porro malum cum iugo comparatum est in hac metaphora Troad. vs. 303

κάρτα τοι τούλευθερον  
ἐν τοῖς τοιούτοις δυσλόφως φέρει κακό.

Idem quod hic significat δυσλόφως φέρει κακά alia significatur comparatione, quam legimus Troad. vs. 669 seq., ubi Andromache feminam non facile se adiungere alteri dicit, postquam prior *maritus ei sit ereptus*:

ἀλλ' οὐδὲ πᾶλος ἥπις ἐν διαζυγῇ  
τῆς συντραφείσης βαδίως ἔλξει ζυγόν.

Femina eodem modo describitur currens sub iugo, currum regente viro, Androm. vs. 178, ubi Hermione

οὐδὲ γὰρ παλὸν  
δυστὸν γυναικῶν ἀνδρὶ ἐν' ἡγεμονίᾳ ἔχειν.

Verbum ζεύγνυμι et nomen ζυγέν apud Euripidem saepius quam apud Sophoclem in metaphoris leguntur. Frequens autem est metaphora de coniugio adhibita. Vulgo de femina usurpatum, nonnunquam etiam de marito e. g. Iphig. Aul. vs. 906, ubi Clytaemnestra haec Achilli:

σοὶ δὲ δύειδος ἴξεται,  
ὅστις οὐκ ἥμενας, εἰ γὰρ μὴ γάμοισιν ἔζεγκης, κτέ.

De femina dicitur Io vs. 343

τι χρῆμα δράσας εἰ θεῷ συνεζύγη.

ibid. vs. 900

ἴνα με λέχεσθαι μελέα μέλεος  
ἔξεύξω τὴν δύστανον

et vs. 949

μένη πετρί τὸν αὐτρὸν σύπερ ἔξεύχθην γάμοις.

In Medea vs. 241, ubi vir dicitur ferro iugum una cum uxore. In Suppl. vs. 822 matres infelices exclamant melius fuisse si nunquam nupsissent, ita enim mansissent immunes malorum, quibus nunc filii mortuis affligantur:

Ἐμὸν δὲ μήποτε ἔζεγη δέμας ἐς ἀνδρὸς εύναν.

Hic ἔζεγη nihil aliud significare videmus quam iunctum est, nec de iugo cogitat poeta.

De malis et servitute hac imagine quoque usus est Euripides; v. c. Iphig. Aul. vs. 443 Agamemnon exclamat: εἰς δὲ ἀνέγνης ζεύγματ' ἐμπεπτώνασεν. Eadem metaphora utitur Electra, ubi dicit sibi mortem imminere Or. vs. 1330.

ἀνάγκης δ' εἰς ζυγὸν καθίσταμεν.

Heracl. vs. 885, ubi Thescus de Eurystho dicit:

πρὸς βίων  
ξευξὸν ἀνάγκη.

In Helena vs. 255, ipsa queritur his verbis *tini πότιμῳ συνέζυγν*, cf. fragm. 478. De *necessitate* quoque cogitandum est in Alcest. vs. 482, ubi chorus Herculem interrogat

*καὶ ποῖ πορεύει· τῷ προσέξευξαι πλάνῳ;*

„ad quemnam errorem nunc cogeris?” Fortasse hic legendum est *τῷ προσέξευξῳ αὐτῷ πλάνῳ*, nam hac particula adiecta verba aptius animum indicant rogantium, est enim particula solemnis in quaestionibus, quae cum indignatione vel miseratione quadam proferuntur, cuius generis hanc esse quaestionem equidem crediderim. Ceterum Nauckius pro *προσέξευξαι* coniecit *συνέζευξαι*, quod Dindorf in suum textum recepit, et pro *πλάνῳ* proposuit *πότιμῳ* cf. Hel. vs. 255. Mihi hic locus in memoriam revocat versum Sophocleum, quem legimus Ai. vs. 24 *ὑπεζύγην πόνῳ*. Admodum probabile mihi videtur pro *πλάνῳ* in versu Euripideo, de quo agimus, etiam legendum esse *πόνῳ*. Chorus nimirum rogat *ποῖ πορεύει*, quo proficisceris, nunc addit *cui labori submitteris*, aptius quam ut, repetens suam quaestionem, adiiciat „quem errorem inire cogeris.”

Iugum servitutis occurrit Troad. vs. 678.

ναυσθλοῦμαι δ' ἐγὼ  
πρὸς Ἑλλὰδ' αἰχμάλωτος εἰς δεῦλον ζυγόν.

Inversa ratione metaphoram eandem adhibuit Androm.

vs. 301, ubi chorus canit: Si Priamus auscultasset Casandrae interfecissetque Paridem, Troades salvae mansissent:

οὐτ' ἀν ἐπ' Ἰλιάσι ζυγὸν ἥλυθε  
δούλιαν.

In fragmentis Euripideis haec quoque metaphora frequens est; fragm. 4 legimus

πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιος γυνὴ  
τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρη πατρί.

fragm. 24: κακὸν γυναικα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον.

Hic νέον est obiectum, sed ut supra animadvertisimus, vulgo de femina, non de marito haec metaphora adhibetur, quare non dubito, quin ea forma praestet, qua legitur eadem sententia fragm. 906, ubi νέον et νέαν locum mutarunt; quamquam in fragmentis quoque exemplum occurrit contrariae formae metaphorae; fragm. 164 enim legimus:

ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἐστ' ἐλεύθερος.

Huc quoque pertinet fragm. 775 vs. 57 sqq.

περὶ γὰρ μεγάλων γυνάκων δεῖξει,  
παιδὸν ὑμεναῖος, ὁς φησι, θέλων  
ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.

Ut saepius apud nostrates quoque legimus, Euripides aliquique Graeci poetae dicunt *habenas tenere pro regere, imperare*. Sic legimus fragm. 466

οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ  
δουναι χαλινὸς οὐδὲ ἀφέντ' ἐάν πρατεῖν.

*Decet sapientem virum non dare habenas uxori;* res domesticae igitur comparantur cum curru, qui regitur a

marito. Porro hic non omittendum fragm. 495 ἀχέλων  
ἔχουσι στόματα, quae metaphora nostratibus quoque per-  
familiaris est in loquendi forma zijn tong in toom houden;  
cf. Plato Legg. III. p. 701 οἵνπερ ἵππον τὸν λόγον ἐκάστοτε  
ἀναλαμβάνειν καὶ μὴ παθάπερ ἀχέλωνον πεπτημένον τὸ στόμα.

Metaphora equi qui frenis cohabetur Euripides usus est  
fragm. 341, ubi amator comparatur cum equo reluctanti  
coacto a Venere, quae non remittat habenas sed contra  
fortius adstringat:

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾶ,  
ἥν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν Φιλεῖ.

Verbo βιάζῃ substituendum esse puto illud quod Wecklein  
proposuit, loco Prometh. vs. 1009 sq., de quo vid. pag. 15,  
scilicet λιάζῃ, quod de equis ferocibus Graecos uti demon-  
strat idem vir doctissimus I. L.

Denuo eadem metaphora exstat fragm. 413, ubi vita  
humana comparatur cum cursu et equitatione:

μήτ' εὔτυχοῦστα πᾶσαν ἡνίας χάλα  
κακῶς δε πράσσωντος ἐλπίδος πεδνῆς ἔχου.

Denique cum equo comparatur Cupido fragm. 781 vs. 18.

σοὶ τάδε ἐγὼ νυκτεῖν' ὀφείλω  
Κύπρι. θεῶν μᾶλλοντα,  
τῷ τε νεόζυγι σῷ  
πώλῳ, τὸν ἐν κιθέρᾳ πρύπτειο  
σῶν γάμων γέννων.

ARISTOPHANES ex cursu equestri hasce petivit metaphoras:  
Vesp. vs. 1022 στόματ' ἡνιοχῆτας, Conc. vs. 466 τῆς πόλεως  
τὰς ἡνίας, Eqq. vs. 1109 τῆς Πυκνός τὰς ἡνίας, Nubb. 602

Minerva dicitur *αἰγίδος ἡνίοχος*. Conf. Plato Politic. p. 266  
Φέρουται τὸν πολιτικὸν καὶ Βασιλικὸν οἶνον ἡνίοχον εἰς αὐτὴν  
ἔνστησαντα, παραδοῦντι τὰς τῆς πόλεως ἡγεῖς ὡς οἰκεῖες καὶ  
αὐτῷ ταύτης οἴστης τῆς ἐπιστήμης.

In fragmentis Comicorum has metaphoras hoc pertinere  
comperi: Eubalus III. 243 (ed. Meineke) de femina dicit:

πηδᾷ χορεύει πᾶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.

cf. Eur. Or. vs. 45. Pseudo-Menander in monost. 81

γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.

Mihi autem videtur hic, aequo ac proxime antecedenti  
monosticho, sermo esse de lingua et legendum esse  
γλώσσης δὲ πειρῶ κτέ.

Apud LYRICOS et Theognidem hos locos repperi, qui ad  
nostram rem faciant. Theogn. vs. 257, 371, 1219, 1267,  
1337, Hermesianax 84, Anacreon IV. 3. Ζυγὸν et talia  
legimus Theogn. vs. 848 ζεύγη δύστοφος cf. vs. 1023;  
vs. 1358 legimus ζυγὸν δύσμορον. Callim. fr. 36 ἐπέτεινε βαρὺν  
ζυγὸν αὐχένι (υήσων). Pind. Thr. III. 3. Ibycus fragm. 2 vs. 4.

ῶστε φερέζυγος ἵππος ἀεθλοφόρος ποτὶ γῆραι ἀεκαν  
σὺν ὅχεσφι θυσίῃ ἐε ἄμιλλην ἔβα,

quos versus PLATO respicit in Parmenide p. 137 κατιτι δοκῶ  
μοι τὸ τοῦ Ἱβυκείου ἵππου πεπονθυσι, ἣ ἐκεῖνος ἀθλήτη δύτι καὶ  
πρεσβυτέρῳ, ὦφ' ἀρματοῖς μέλλοντι ἀγωνισθεῖν καὶ δι' ἐμπειρίαν  
τρέψαντι τὸ μέλλον, ἔαυτὸν ἀπεικάξων ἀκαν οὐφη καὶ αὐτὸς οὕτω  
πρεσβύτης ὡν εἰς τὸν ἔρωτα ἀνηγκαζεσθαι λέναι.

Alia exempla, quae hoc pertinent, apud Platonem legimus  
Legg. III. p. 692 A ὃ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι σπαργάσταν  
καὶ θυμουρένην τὴν ἀρχὴν ὁρῶν οἷον φάλιον ἐνέβιλεν αὐτῇ τὴν

τὰν ἐθόρων δύναμιν; editores iam contulerunt Plutarch. Lyc. p. 43 E. Ruhnkenius ad Tim. p. 234 citavit poetam apud Ciceronem de Or. III. 41 „*Erras, erras: nam exsultantem te et praefidentem tibi Repriment validae legum habenae, atque imperii insistent iugo.*” Legg. III. p. 701 et Politic. p. 226 iam supra citavi. Huc pertinet metaphorā Legg. IV. 730 ὅσ' ἀν μὴ νόμος ἀλλ' ἔπαινος παιδεύων καὶ φέγος ἐκάστους εὐηνίους μᾶλλον καὶ εὐμενεῖς τοῖς τεβήτεσθαι μέλλουσι νόμοις ἀπεργάζεται; εὐήνοι propriē dicitur de equis qui se regi patiuntur, vid. Resp. V. c. 14 ἵππων εὐηνιωτάτων.

Protag. c. 24 p. 338 A oratio cum equo comparatur: ἀλλ' ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἴντας τοῖς λόγοις ἵνα μεγαλοπρεπέστεροι καὶ εὐσχημονέστεροι ἥμιν φαίνωνται.

In animalibus, quae in figurata oratione occurunt, quoque diximus canem, qui apud AESCHYLUM in primis variis adhibetur comparationibus.

Agam. vs. 2 vigil dicit: vigilo κυνὸς δίκην, canis instar. Eadem imago denuo occurrit de Clytaemnestra, de qua dicitur vs. 606

γυναικῶν πιστὴν δὲ ἐν δόμοις εὔροι μολάν  
οἰανπερ σὺν ἐλειπε, δωμάτων κύνα.

Ad sagacitatem denotandam comparatio adhibetur de Casandra Agam. vs. 1093

ἴοικεν εὔρις ή ξένη κυνὸς δίκην  
εἶγαι, ματεύει δὲ ὁν ἀνευρήσει Φόνον.

De turpi falsae mulieris adulacione hac imagine utitur tragicus vs. 1228, ubi de Agamemnone et Clytaemnestra legimus:

νεῶν τ' ἔπαρχος Ἰλίου τ' ἀναστάτης  
οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς  
λέξασα κάκτείνασσα Φαιδρόνους, δίκην  
ἀτης λαθραίου, τεῦξεται κακῇ τύχῃ.

Quem locum mutilum et corruptum vir cl. van Herwerden  
sic fere scribendum esse putat:

νεῶν δὲ ἔπαρχος Ἰλίου τ' ἀναστάτης  
οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς  
λείξασα κάκτείνασσα Φαιδρὸν οὖς, δίκην  
ἀτης λαθραίου, δήξεται κακῇ τέχνῃ

λείξασα est emendatio Tyrrwittii, Φαιδρὸν οὖς et δήξεται  
Madvigii; τέχνῃ pro τύχῃ van Herwerden legendum coniicit,  
qui quoque lacunam post κυνὸς suspicatur, cum ferri non  
queat asyndeton in sqq. Ita autem οἷα servandum esse,  
ut sit obiectum verbi, quod perierit in versu elapso, v. c.  
in hunc modum:

οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς  
ξλείξε θωπεύσασα .....  
λείξασα ιτέ.

unde vel melius explicari posse, quomodo extiterit λέξασα  
in MSS.

*Mordacitas canis menti poetae obversatur Choeph. vs. 445*  
ubi Electra dicit se propelli a matre eiusque amico: πελυσινοὺς  
κυνὸς δίκην.

*Canes venaticos Furias vocat in Eumen. vs. 131 sq.*

ὄναρ διάκεις θῆρα, κλαγγάνεις δὲ ἄπερ  
κύων μέριμναν οὕποτ' ἐκλιπὼν πόνου,

ubi Orestes, ut videmus, dicitur *fera*, quam canes perse-

quuntur. Paucis versibus ante Clytaemnestra eadem comparatione utitur vs. 111 sqq.

ο δ' ἐξαλέξεις σύχεται νεβροῦ θητῶν  
καὶ ταῦτα πούθως ἐπ μέσων ἀρκυστάτων  
ἀφούσεν ὑμῖν ἔγκατιλλώψας μέγα.

Cf. huius tragœdiae vs. 147, 231, 246, 325 et Agamemn. vs. 1062

ἔρωτηνέως ἔστιν η ξένη τοροῦ  
δεῖσθαι, τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαρέτου.

SOPHOCLES talem habet comparationem Aiac. vs. 7, ubi Minerva Ulyssi hacc dicit:

εὖ δέ σ' ἐκφέρει  
κυνὸς Δακοίνης ὡς τις εὔρινος βάστις

ubi εὔρινος est genitivus vocab. εὔρις.

Ab ARISTOPHANE *homines irati* comparantur cum *canibus ringentibus*: Pax vs. 630 σεσηρότας, cf. vs. 641

εἰτ' ἀν όμεις τοῦτον ὥσπερ κυνίδιον ἐσπαράττετε.

Apud Aeschylum et Sophoclem vidimus exempla ex *venatione* sumata; eiusdem naturae sunt quae legimus apud Platonem Lys. c. 15 καὶ δὴ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πάνυ ἔχωσιν, ὥσπερ θηρευτῆς τις, ἔχων ἀγωπητῶς οὐ θηρευόμην. Phaed. c. 11 p. 66 C. τὴν τοῦ ἄντος θηραν cf. 10. 66 A. Phileb. p. 69 τὸ ἀγαθὸν θηρεύσται Lach. p. 194 οὐκοῦν οὐ φίλε τὸν ἀγαθὸν κυνηγέτην μεταθεῖν χρὴ καὶ μὴ ἀνέναι. Legg. II. p. 654 ταῦτα ἀρα μετὰ τοῦτον ὑμῖν αὖ, καθάπερ κατὸν ἰχνευσταῖς διερευνητέον, σχῆμα τε καλὸν καὶ μέλος καὶ φόδνην. His fere omnibus locis investigationem veri comparat cum *venatione*, philosophos cum *canibus* aut *venatoribus*; cf. Resp. IV.

p. 432 B. οὐκοῦν, ὡς Γλαύκων, νῦν δὲ ἡμῖν δεῖ ἀπέρι πυηγέτας τινὰς θάμνον κύκλῳ περιστασθεῖ, προσέχοντες τὸν νοῦν μή πηδιαφύῃ ηδικαιοσύνη πτέ.

Homines cum *bobus aratoribus* comparantur in nota illa metaphora, quam legimus apud AESCHYLUM Prometh. vs. 323

οὕκουν ἔρωτες χρώμενος δίδασκάλῳ  
πρὸς κέντρα κῶλον ἐπενεῖς πτέ.

cf. Agam. 1624, Euripid. Bacch. vs. 795, Pind. Pyth. II. vs. 94, Acta Apost. c. IX. 5 σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Hac metaphora utuntur ad significandum hominem contra fatum aut deorum voluntatem reluctantem. Talem sensum nanciscitur Eur. Iphig. Taur. vs. 1395, ubi legitur

οἱ δὲ ἐκαρτέρουν  
πρὸς κῦμα λακτίζοντες.

Nauckius proponit πρὸς κῦμα mutare in πρὸς κέντρα, quod aptius huic loco videtur; sententia enim est: *omnes difficultates repellere conantur ut recipiant Iphigeniam.*

SOPHOCLES aliis translationibus homines cum *bobus aut tauris* comparat. In Aiac. vs. 322 Tecmessa de suo amico dicit: .

ὑπεστέναξε ταῦρος ὡς βρυχάμενος,

ubi βρυχᾶσθαι significat: *fremitum gravem edere*, de quo alio loco, Aeschyli fragm. 433, legimus verbum τανθρόβζειν:

ἔτενθόρυξε ταῦρος ὡς νεοσφωγής.

In eadem Sophoclis fabula Agamemno Teucrum hortatus ne putet, sibi preter corporis magnam staturam omnia facere licere, suam sententiam hac commendat imagine vs. 1253 sq.:

μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς ὑπὸ σκιρᾶς ὅμως  
μάστιγος ὄρθες εἰς ὅδὸν πορεύεται.

Apud ARISTOPHANEM, praeter comparationes et metaphoras iam citatas; quas cum tragicis communes habet, has legimus ei proprias imagines. In Lysistrata Spartani fortis cum *apris* comparantur vs. 1255, ubi Leonidas eos duxisse dicitur ἀσπερ τῷς οὐαπρως.

Poetae saepius cum *apibus* comparantur: Av. vs. 750. Φρύνιχος μέλιττα ἀπεβόσκετο οὐρπόν. Cf. Plato Io c. 5 p. 534 B. λέγουσι γὰρ δήποτεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταὶ, ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιρρύτων ἐκ Μουσᾶν κήπων τινῶν καὶ οὐαπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλι ἡμῖν φέρουσι, ἀσπερ οἱ μέλιτται. Cf. Hor. Carm. IV. 2. 27.

Fortasse quoque eandem metaphoram adhibuit Ran. vs. 1300, ubi Aeschylum inducit dicentem:

ἴνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρύνίχῳ  
λειπώνα Μουσᾶν ιερὸν δρέπειν δρέπων.

Lepida metaphora legitur Av. vs. 403

δωροδόκοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων

*sedens in floribus, ex quibus pecuniam haurire possit, qua corrumpitur.* Talem imaginem poeta quoque respexit Eqq. vs. 794 βλιττεις. Lysistr. vs. 475 σφυρίαν βλιττη με κάρεθίζῃ.

Iam videamus comparationes et metaphoras, quae petitae sunt ex *plantis, arboribus, floribus, agricultura* cet.

AESCHYLUS tali metaphora usus est Sept. c. Theb. vs. 1056

αἱ τ' Οἰδιπόδη γένες  
ἀλέσατε πρέμυθεν οὔτως.

ibidem vs. 412 ῥίξωα ἀνεῖται.

Ad urbem adhibuit hanc metaphoram vs. 71 seq. huius fabulae:

αἵ μοι πόλιν γε πρέμυσθεν πανώλεθρον  
ἔκβαμνίσητε δηλωτον,

ubi urbs deleta comparata est cum arbore radicibus excisa.

Etiam ad aedificium eam transtulit Pers. vs. 811 ubi legimus:

δαιμόναν θ' ἴδρυματα  
πρόρριζα Φύρδην ἔξανέστραπται βάθρων.

SOPHOCLES quoque ab hac imagine non alienus est, quae occurrit in Electra vs. 765:

πρόρριζον, ὡς ἔσκεν, ἔφθαρται γένος.

et vs. 511 de Mytilo, qui e curru deicitur:

δυστάνοις κίκιοις  
πρόρριζος ἐκριφθεὶς.

*Flos* ἄνθος et verbum ἄνθειν saepe metaphorice adhibentur, velut Aesch. Pers. vs. 252:

τὸ Περσῶν ἄνθος οἴχεται πεσόν.

*robur Persarum interiit.*

In loco Prom. vs. 7

τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας, κτέ.

ἄνθος significat honorem, gloriam. Vigorem significat Agam. vs. 743 δηξίημαν ἔρωτος ἄνθος. Verbo ἄνθειν similiter vigendi sensu Aeschylus usus est Agam. vs. 1009:

μίμοντι δὲ καὶ πάθος ἄνθεῖ.

Compositum idem verbum legimus in metaphora Pers.  
vs. 821:

ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν  
ἄτης, οὗτον πάγκλαχτον ἐξαμᾶ θέρος.

*Postquam* ὕβρις effloruit enascitur spica miseriae,  
*unde* deplorabilem messem metit ὕβριστης sive θυτός,  
quod subiectum huius sententiae ex proximo versu peten-  
dum est.

Verba ἀπανθίζειν et ἐπανθίζειν, quae apud Aeschylum legun-  
tur, controversa sunt gravemque suspicionem moverunt  
criticis. Illud legimus Agam. vs. 1662 sqq.:

ἀλλὰ τούσδ' ἔμοὶ ματαλαν γλῶσσαν ὡδ' ἀπανθίσαι  
κακβαλεῖν ἐπη τοιαῦτα δαιμονος πειρωμένους,  
σώφρονος γνώμης δ' ἀμαρτεῖν τὸν κρατοῦντα—

Quomodo hic vertendum est ἀπανθίσαι? Blomfield vertit:  
*florem decerpere*. Schütz adnotavit: „quemadmodum voca-  
bula ἀνθες et ἀνθεῖν saepe de multitudine dicuntur, ita etiam  
audacter et contumeliose dicta in procacium hominum lin-  
guis quasi ἀνθεῖν, efflorescere, videri possunt; ut igitur qui  
talia effutiunt recte dicantur γλῶσσαν ἀπανθίζειν, linguae  
*florem decerpere*.” Non credo recte dictum esse ἀπανθίσαι  
idem significare posse quod *decerpere*, nec aptam esse  
imaginem puto, quum *decerpere* dicendum sit non de  
*actione aliqua* sed de *fructibus* qui inde proveniunt. Non  
igitur persuadere mihi possum haec recte esse scripta, quare  
dubito annon verum sit quod Wakefieldus statuit, legendum  
proponens ἀκοντίσαι pro ἀπανθίσαι. Cf. Menand. (Mein. 4. 257).

Non sanior mihi videtur locus alter, ubi verbum ἐπανθίζειν  
legitur Agam. vs. 1459:

ἢ πολύμναστον ἐπηνθίσω αἵρε' ἀνιπτον.

Blomfield et Schütz scribunt ἀπηνθίσω, secundum Stanlei coniecturam. Schützius vertit: *claram Agamemnonis animam ob inexpiabilem sanguinem deflorasti*. Locus vero est corruptus et, postquam variis modis eum emendare conati sunt critici, medelam adhuc expectat.

Transeamus ad alias huius generis metaphoras. Apud Tragicos saepius occurunt vocabula βλάστημα, ρίζα, βλαστάνειν de progenie et natalibus. Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 533 Parthenopaeus dicitur βλάστημα οὐλλίπρων, et cum alia metaphora, quae non minus in deliciis fuit tragicis Graecis hanc figuram coniunctam legimus eiusdem fabulae vs. 754, ubi de Oedipo dicitur:

ὅτε ματρὸς ἀγνὰν  
σπείρας ἄρουραν ἵν' ἐτράφη  
ρίζαν αἰματόεστον ἔτλα.

Conf. SOPHOCLIS Oed. Reg. vs. 1209 seq.:

πῶς ποτε πῶς ποθ' αἱ πατρῷαι σ' ἄλοκες Φέρειν, τάλας,  
σῆγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε.

Trach. vs. 31 sqq.:

κἀφύσαμεν δὴ παῖδας οὓς κεῖνός ποτε,  
γήτης ὅπως ἄρουραν ἔκτοπον λαβάν,  
σπείραν μόνον προσείδε καξανέν ἀπαξ.

Hi versus sic explicandi esse videntur ut intellegamus Deianiram queri, quod Hercules tantum viseret suos liberos, cum veniret novam progeniem procreaturus. Hercules enim dicitur idem facere quod agricola, qui agrum procul remotum semel tantum in anno conspicit, metens et serens uno eodemque tempore.

Huc pertinent loci Sophoclis ubi *βλαστάνειν*, *θάλλειν*  
*σπέρμα*, *σπείρειν*, *Φιτύειν*, *Φυτεύειν*, metaphorice leguntur,  
non ἀνθεῖν quo Aeschylum usum esse vidimus. Sunt autem  
Oed. Reg. vs. 1376, Phil. vs. 1311, Electr. 238, Oed Col.  
611, ubi *βλαστάνειν*; Electr. vs. 952, Antig. vs. 1164,  
Phil. vs. 259, 420, ubi *θάλλειν* occurrit; Oed. Col. vs. 600  
*σπερμάτων* numero plurali, quod de pluribus liberis sermo  
est. Cf. Oed. Col. vs. 1275. Verb. *Φιτύειν* legitur Trach.  
vs. 311, Ai. vs. 1296, Antig. vs. 645; *Φυτεύειν* Phil. vs.  
904, Oed. R. vs. 1007.

Apud EURIPIDEM quoque saepius talia occurunt. Sic  
filius vel filia dicuntur *ἔρυς* Iphig. Aul. vs. 118, Troad.  
vs. 766. Vocabulum *όζος*, quod nusquam in hac metaphora  
apud Aeschylum et Sophoclem reperimus, apud hunc non-  
nullis locis legitur; e. g. Iphig. Aul. vs. 202. Hoc autem  
iam ab Homero usurpatum esse scimus in notissimo attri-  
buto *Ὄζεις Αρηος*. Porro huius generis translatio est *ῥίζα*:  
Iphig. Taur. vs. 610, Io vs. 1576. Euripides pro *γεννᾶν*  
usus est verbo *Φυτεύειν* aequo ac Sophocles; hoc verbum  
apud eum legimus Iphig. Aul. vs. 29, Rhes. vs. 354,  
Andromach. vs. 49, Io vs. 1102. Pater appellatur *Φυτουργός*  
Iphig. Aul. vs. 949, Troad. vs. 481. Etiam *σπείρειν* et deri-  
vata nomina occurunt Iphig. Aul. vs. 90, Or. vs. 750,  
Bacch. vs. 264, ubi legimus *σπείραντα γηγενῆ στάχυν*. Hoc  
vocabulo *στάχυς* de prole quoque usus est fragm. 362 vs. 22:

*εἰ δ' ἦν ἐν οἴκαις ἀντὶ θηλειῶν στάχυς  
ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε Φλόξ.*

Uno loco legimus *σπέρμα*, ubi vero non de prole, ut apud  
Sophoclem usurpatur, Iphig. Aul. vs. 520:

*τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα Φιλότιμου κακόν,*

est enim *genus vatum*, de quo loquitur.

De fratribus et sororibus hic illic dicit ὄμβοσπορος; Iphig. Taur. vs. 611, 695, Or. vs. 658.

Apud hunc tragicum βλαστάνειν quoque metaphorico sensu legitur Iphig. Taur. vs. 3, Io vs. 267, Androm. vs. 664, fragm. 432, 1048; θάλλειν eodem sensu quo florere apud Latinos usurpatum legimus Iphigen. Aul. vs. 1225:

*ζῶσάν τε ναὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ.*

Conf. fragm. 232 ἔτι γὰρ θάλλει πενία.

Vocabulum Homericum θάλος (cf. Od. ζ 157, Il. x 87) quod non obviam est apud Aeschylum et Sophoclem, apud Euripidem legitur Iphig. Taur. vs. 171, 209, 232, quo loco Iphigenia dicitur de Oreste:

*ἐν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον ἔτι βρέφος, ἔτι νέον, ἔτι θάλος  
ἐν χερσὶν ματρός.*

Sine dubio facile quisque careret illo ἔτι νέον, quod nihil novi affert neque ornatui poetico prodest, dum permiro usu θάλος sic nude positum reperitur pro *infante*.

Ceterum animadvertis Euripidem in hac tragedia et in Iphig. Aul. saepius quam in reliquis usum esse metaphora de qua hic agimus.

Imaginem quam Sophocles adhibuit Oed. Reg. vs. 1209 et Trach. vs. 31, reperimus quoque apud Euripidem in Ione vs. 815:

*ἄλλης γαναιμὸς παιδὸς ἐκκαρπούμενος.*

Quibus locis adhibitis etiam explicare possumus Med. vs. 1280 seq.:

ἄτις τέκνων ὁν ἔτεκες ἀροτον  
αὐτόχειρι μοίρᾳ οπενεῖσ.

Hic et Ion. vs. 1095 ἀροτος idem est quod γένος et σπέρμα. Denique huc referendum est Or. vs. 552 seq., ubi Orestes dicit Tyndaro:

πατήρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δὲ ἔτικτε παῖς,  
τὸ σπέρμα ἀρουρά παραλαβοῦσ' ἀλλου πάρα.

Cum his locis confer Theogn. vs. 582:

ὅς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἀρουραν ἀροῦν.

et Platonis Legg. VIII. p. 839, Tim. p. 91.

Apud Euripidem Med. vs. 1213:

προτείχει' ἂστε κισσὸς ἔρνεσιν δάφνης.

comparationem legimus cuius nullum aliud exemplum apud tragicos neque apud reliquos poetas repperi.

Porro huc referendi sunt illi loci ubi *spes* comparatur cum arbore; qalem metaphoram apud Aeschylum legimus Choeph. vs. 203:

εἰ δὲ χρὴ τυχεῖν σωτηρίας,  
σκιμρῶν γένοιτ' ἀν σπέρματος μέγας πυθμῆν.

Sunt verba Electrae, quae dicit: magna arbor ex parvo semine oriri potest, quod exemplum adhibet ad confirmandam spem suam, fore ut frater redeat, quippe cuius vestigia conspiciantur prope tumulum patris. Cf. Agam. vs. 966:

βίξης γὰρ οὔσης Φυλλὰς ἴκετ' ἐσ δόμους.

Sophocles talem metaphoram habet Antig. vs. 596 sqq.

νῦν γὰρ ἐσχάτης ὑπὲρ  
βίζας ὁ τέτατο Φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,  
κατ' αὖ νιν Φονία θεῶν τῶν  
νερτέρων ἀμφὶ κόπις.

Credo difficultatem, quae huic loco inest, posse removeri  
si legimus vs. altero cum nonnullis editoribus:

βίζας ἐτέτατο φάος κτέ.

*Nam spes affulgebat stirpi Oedipi, nunc vero eam  
falso deorum demelit.*

Messem metaphorice adhibuit Aeschylus in Agam. vs.  
536 seq.:

πανώλεθρον  
κύτοχθονον πατρῶον ἔθρισεν δόμον.

*Paris omnem patris domum deiecit. Bis usus est hac  
metaphora de caede: Suppl. vs. 636:*

"Αρη

τὸν ἀρότοις θερίζοντα βροτὸν ἐν ἄλλοις,

ubi sine dubio recte a viro cl. van Herwerden restitutum  
est ἐναιμοις. De unius viri caede hanc metaphoram usur-  
pavit Sept. c. Theb. vs. 718:

ἄλλ' αὐτάδελφον αἴτια δρέψασθαι θέλεις;

Fortuna insperata hac imagine depingitur Agam. vs.  
1044 seq., ubi Casandrae Clytaemnestra dicit:

οἱ δὲ οὔποτ' ἐλπίσαυτες ἡμηταν καλῶς,  
ἀμοι τε δούλοις πάγτα κτέ.

Denique non omittendus est locus notissimus Sept. c.  
Theb. vs. 593 sq. de Amphiaraō:

βαθεῖαν ἄλους διὰ Φρενὸς καρπούμενος  
ἢ τὰ κεδὴν βλαχτάνει βουλεύματα.

Ubi Schützius adnotavit: „*βαθεῖαν ἄλους* est sulcus profundus h. e. arvum fertile, seges fecunda. Adeoque significatur Amphiarae animum bonorum consiliorum uberem esse, quamvis idem ab omni iactatione multum abhorreat.” Vide quae praeterea adnotavit et quae attulit Blomfield, quibus addendum est Platonem hos versus citasse Respubl. II. c. 5 p. 362 A., ubi agit de viro iusto; respexit autem hunc locum Gorg. p. 527 B. Conf. quoque ad vs. 592 Sallustius *de Coniur. Cat.* c. 54 (Cato) *esse quam videri bonus malebat.*

Huius metaphorarum generis, de quo nunc egimus, quae-dam exempla apud ARISTOPHANEM quoque et Lyricos exstant. Verbo tantum hos locos indiciabo, quia supra prolatis nil novi addunt. Legimus ἔρυξ pro *filio* Aristoph. Thesm. vs. 321, Conc. vs. 973. Verbum ἀνθεῖν metaphorice legitur Nubb. vs. 897; βλαχτάνειν Avv. vs. 696, Lys. vs. 406; καρποῦσθαι Vesp. vs. 520; τρυγᾶν Vesp. vs. 634, Conc. vs. 886; πρέμνος Avv. vs. 321; αὐτόπρεμνος Ran. vs. 903; προθέλυμνος Eqq. vs. 528; πρόρριζος Ran. vs. 587. Apud poetas Lyricos ἀνθος dicitur *vis, robur, iuventus: ἀνθος Ἱβης* Tyrt. 10 vs. 28; Mimnerm. I. 4; 2. 3; Theogn. vs. 1070. παΐδειας ἀνθος 1305. Alcaei 83 γέρχεις ἀφίτον ἀνθήσει. Anacreon. 53. 15 Ἐρωτε ἀνθος. Bacchyl. 13. 2 ἀοιδᾶν ἀνθεα. Pind. Ol. II. vs. 45 Ἀδραστιδᾶν θάλας, 46 ὅθεν σπέρματος ἔχοντα διζαν. Nem. VI. vs. 42 ἔρνεσι Λατοῦς. Ol. VI. vs. 105 ὕμνων ἀεξ' εὐτερπὲς ἀνθος; Isthm. IX. 48 ἀνθεα ὕμνων. VII. vs. 9 γλυκὺν καρπὸν Φρενός. Pyth. II. vs. 74 Φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον. Pyth.

IX. vs. 109 "Ηβας καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι θελον, cf. Isthm.

VI. vs. 34, Scol. I. vs. 6, II. vs. 1. Nem. II. vs. 9 Ἰσθμιάδων  
δρέπεσθαι κάλλιστον ἄωτον. Cf. Isthm. IV. vs. 11 ζωᾶς ἄωτον.

Restat ut videamus de iis translationibus quas poetae sumserunt ex *fluctibus aëre, venlis*, quarum non-nullas, ut magis pertinentes ad *rem navalem*, alii loco reservabimus.

Malorum numerus, quo quis quasi obruitur, cum *mari* comparatus est ab AESCHYLO in Prometh. vs. 746

δυσκείμερον γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.

Suppl. vs. 469 sqq.

κακῶν δὲ τλῆθος ποταμὸς ὡς ἐπέρχεται  
ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον  
τοῦ ἐσβέβηκα.

Cf. Pers. vs. 433

κακῶν δὴ πέλαγος ἔρρωγεν μέγα.

Fortasse eadem imago obversata est Euripidi Hippol. vs. 1338: *σοὶ τάδ' ἔρρωγεν κκαδ.* Cf. Pers. vs. 814, ubi adversa fortuna cum *fonte* comparatur, ex quo semper nova mala proveniunt:

καύδέπω κακῶν  
κρηπὶς ὑπεστιν, ἀλλ' ἔτ' ἐκπιδύεται.

Verbum ultimum restitutum ex egregia conjectura Schützii pro insano ἐκπαιδεύεται, quod antea legebatur.

Huc quoque pertinet Prom. vs. 885 sq.:

θολεροὶ δὲ λόγοι παῖουσ' εἰκῇ  
στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

et Prom. vs. 1052 sq.:

ρήψειε δέμας  
τούμδν ἀνάγκης στερραῖς δίνας.

Cum tempestate coniungitur Prom. vs. 1015 sqq.

οἵσσ σε χειμῶν καὶ καιῶν τριχυρὰ  
ἔπεισ' ἄφυκτος.

A SOPHOCLE mala cum fluctibus comparata sunt, qui in litus infligunt: Oed. Col. vs. 1240 sqq.:

πάντοθεν Βόρειος ὡς τις  
ἀκτὰ κυματοπλῆς χειμερία κλονεῖται,  
ὡς καὶ τόνδε κατ' ἄκρας  
δεινὴ κυματογύεῖς  
ἀται κλονέουσιν ἀεὶ ἔυνοῦσαι,  
αἱ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν,  
αἱ δὲ ἀνατέλλοντος,  
αἱ δὲ ἀνὰ μέσταν ἀκτῖν,  
αἱ δὲ ἐνυγχιῶν ἀπὸ φιπᾶν.

Comparatio eiusdem generis legitur Antig. vs. 586 sqq.:

ὅμοιον ὥστε ποντίαις  
οἰδμα δυσπιδοῖς ὅταν  
Θρῆσσαῖσιν ἔρεβος ὑφαλον ἐπιδράμη πνοαῖς,  
καλινδει βυσσόθεν κελαῖναν  
θῖνα καὶ δυσάνεμον,  
στόνῳ βρέμουσι δὲ ἀντιπλῆγες ἀκται.

Metaphoram adhibuit Aiac. vs. 348 sqq., ubi miser heros:

ἴω φίλοι ναυβάται, μόνοι ἐκῶν φίλων,  
μόνοι ἔτ' ἐμμένοντες δρόῳ νόμῳ,  
ἴδεσθε μὲν οἷς ἄρτι κῦμα Φοινίας ὑπὸ ζάλης  
ἄμφιδρομον κυκλεῖται.

Apud EURIPIDEM multis locis mala cum fluctibus comparantur. Hippol. vs. 822 sqq. legimus:

κακῶν δ', ὡς τάλαις, πέλαγος εἰσορῶ  
τοσοῦτον ἔστε μῆποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,  
μῆδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῇσδε συμφορᾶς.

Conferendus esse videtur eiusdem fabulae vs. 470 sq.:

ἔς δὲ τὴν τύχην  
πεσοῦσ' ὅσην σὺ πῶς ἀν ἐκνεῦσαι δοκεῖς.

Hoc loco ipsam rem positam videmus pro imagine, quam spectatoris menti oggerebant verba adiecta *πεσοῦσαι* et *ἐκνεῦσαι*. Inversa ratione Sophoclem Oed. Col. vs. 1746 usum videmus: *μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλαχέτην τι*, ubi *κακῶν* sive *τύχης* cogitatione supplendum est. Confer praeterea Eur. Suppl. vs. 508, de quo loco infra videbimus, et Demosth. Or. II. 9 ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταισμα ἀπαντᾷ ἀνεχαίτισε: vide Rehdanz ad hunc locum in ed. Teubn., ubi attulit Dexopatr. II. 232 vv.: διὰ μιᾶς λέξεως καὶ πᾶσαν ἡμῖν παραβολὴν παρέστησε καὶ τοῖς ἀπειθεῖσιν ἵπποις παρέβαλε τοὺς βίᾳ κατεχομένους καὶ ἐν καιρῷ πάλιν ἀφισταμένους συμμάχους.

*Curae*, quibus animus turbatur, nonnullis locis cum *fluctibus* comparantur, velut AESCHYLI Agam. vs. 995 sqq.:

σπλάγχνα δ' οὕτοι ματάζει  
πρὸς ἐνδίκοις Φρεσὶ τελεσφόροις  
δίναις κυκλούμενον κέαρ.

Conf. Prometh. vs. 881.

κραδία δὲ Φόβῳ Φρένα λαχτίζει.

Suppl. vs. 784 sqq.

ἄθικτον δ' οὐκέτ' ἀν πέλοι κέαρ  
κελαινόχρῳ δὲ πάλλεται κλυδωνίῳ,

ubi ultimum vocabulum ex Dindorfii coniectura restitutum pro *μου καρδίᾳ*, quod minime aptum antea legebatur. Schütz proposuerat ἄθικτον δ' οὐκέτ' ἀν πέλοι κακόν, vertens: „enimvero haud amplius effugi potest malum,” quod habet sensum iis, quae Graecis verbis scripserat, prorsus contrarium. Denique cum locis laudatis conferendus est Choeph.

vs. 183:

κλυδώνιον χολῆς προσίστη καρδίας.

Cf. Sil. Ital. VIII vs. 32 *Perge age et insanos curarum  
comprime fluctus.*

*Ira* etiam cum fluctibus comparatur hoc loco Eumen.  
vs. 832

κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος.

Conf. Virgilianum *aestus irarum.* Huc quoque pertinet Sept. c. Theb. vs. 441:

πέμπει γεγωνὰ Ζηνὶ κυραιόντι ἔπη.

Aliis locis *ira*, animi perturbationes comparantur cum *vento*, velut in Choeph. vs. 390 sqq.:

πάροιθεν δὲ πρῷρας  
δριμὺς ἄηται καρδίας  
θυμὸς ἔγκατον στύγος.

Quem locum Wecklein ita explicat ut θυμὸς comparetur cum *vento acri*, qui ante navis proram spirat. Cf. Hom.

Il. Φ 386 δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ βυμὸς ἄγτο. Eum. vs. 840 πνέω κύτον. Choeph. vs. 33, 951.

Tum de *vehementia pugnantium* Aeschylus tali metaphora utitur Sept. c. Theb. vs. 63 sqq. πνοὰς Ἀρεως, cf. vs. 115. Mars cum vento comparatur eodem modo, quo Homerus Il. Λ 297 Hectorem vocat ἵπον ἀέλλην. Huc pertinere videtur Sept. c. Theb. vs. 343

μανόμενος δὲ ἐπιπνεῖ  
μιαίνων εὐσέβειαν Ἀρης.

*Calamitates* cum *tempestatibus* comparantur ab Aeschyllo, Prom. vs. 643, ubi Io suam calamitatem vocat θεόστυτον χειμῶνα; Suppl. vs. 165:

χαλεποῦ γὰρ ἐκ πνεύματος εἰσὶ χειμῶν.

Agam. vs. 819 ἄτης θύελλαι. Cf. Choeph. vs. 1066. Contrarium est θάλπος Agam. vs. 969:

θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολόν (vel μολών.)

Porro notissimum est apud Tragicos verbum χειμάζεσθαι, de eo, qui in periculis versatur: vid. Prom. vs. 838 χειμάζει δρόμοις.

Cum his locis haec SOPHOCLES conferenda sunt. De *mente sollicita* usus est hac metaphora Antig. vs. 929 sq.:

ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων ῥίπαι  
τήνδε γ' ἔχουστιν.

De *metu* Antig. vs. 391:

ταῖς στᾶς ἀπειλῆς αἷς ἔχειμάσθην τότε.

De *vehementia belli ducis* Capanei chorus canit in Antig. vs. 135 sq.:

Βασιχεύων ἐπέπνει  
μίτας ἔχθιστων ἀνέμων.

*Miseria Aiakis cum tempestate comparata est in cognomine fabula vs. 205 sqq., ubi Tecmessa queritur:*

νῦν γὰρ ὁ δεινὸς μέγας ἀμοκρατής  
Αἴας θολερῷ  
κεῖται χειμῶνι νοσήσας.

Chori verba, quae haec excipiunt, ad eandem metaphoram mihi pertinere videntur. Sunt enim haec:

τι δ' ἐνῆλλακται τῆς ἡρεμίας  
νῦξ ἥδε βάρος;

Pro ἡρεμίᾳ, quod Dindorfius ex Thierschii coniectura recepit, in MS. legebatur ἀγημερίας. Hermannus, ut Lobeck in sua editione testatur, voluit εὐμερίας. Lobeck ipse coniecerat τι διῆλλακται δὲ δυσημερίας. Nauckius in edit. 5<sup>a</sup> Schneidewini recepit εὐμερίας. Magis autem poeticum puto ἡρεμίας, quod Thierschius scribendum coniecit, quo recepto sententia est: „*quam calamitatem haec nox pro quiete intulit.*” Non tamen dubito, quin magis cum chori dicendi ratione conveniat aliud vocabulum *ηγεμίας*, quod nautis, ex quibus chorus constat, aptissime tribueretur. Evidem igitur praetulerim τι δ' ἐνῆλλακται τῆς ηγεμίας. Vocabulum *ηγεμία*, (apud Latinos *malacia*) idem fere significans quod γαλήνη, de *animi tranquillitate et de fortuna secunda*, optime dici potest. Cf. Aesch. Agam. vs. 740. Ceterum non inconsulte Sophocles Tecmessam et chorū sic loquentes induxit; hi enim sunt ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος, qui quoque vs. 250 de

Atridis simili translatione dicunt ἐρέσσουσιν ἀπειλάς. Cf. vs. 390 οὐρίψ μὴ πελάσαι δρόμω. Nec longe diversa est ratio, qua Ajax eosdem compellat vs. 348 sqq., quos versus iam supra laudavimus, et vs. 683, ubi idem amicos *portum* vocat:

τοῖς πολλοῖσι γὰρ  
βυστῶν ἀπιστός ἐσθ' ἔταιρίκς λιμῆν.

i. e. *plerisque mortalium in rebus adversis amicorum auxilium deëst*. Exemplo utitur ad eandem rem pertinenti vs. 674 sq.:

δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε  
στένοντα πόντον.

Ubi miror editores non recepisse Musgravii coniecturam, λείων pro δεινῶν scribentis, in quam Lobeck post eum incidit, qui hoc vocabulum in suum textum recepit, et multis aliis locis allatis, ad suam probandam sententiam, et Aristoph. Ran. vs. 1003 πνεῦμα λεῖον. Nec dubito, quin Eustathius, qui hunc locum explicat p. 982: κοιμήσεται καὶ στένων πόντος γαλήνης πατευναζούσης αὐτὸν, etiam λείων legerit; γαλήνη enim non est δεινῶν ἄημα πνευμάτων sed λείων. Miror Nauckium, quamvis citantem Virgil. Aen. V. 763 *placidi straverunt aequora venti, praetulisse simplici emendationi artificiosam interpretationem.* Talem enim hance esse puto: „Das wehen heftiger Stürme beruhigt auch wieder das seufzende Meer.” Neque apte idem attulit Od. x 21, ubi de Aeolo dicitur:

κείναν γὰρ ταχίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων,  
ἥμεν πακέμεναι ἦδ' ὀρνύκεν, ὃν κε θέλησιν.

Hic enim de *rectore ventorum*, at loco Sophocleo de

quo agimus, de *vento ipso*, sermo est. Horatii versus, quos hic affert ex Carm. I. 3. 16 „*quo non arbiter Hadriae maior, tollere seu ponere vult freta,*” ob sententiam naturae contrariam, rectissime a Peerlkampio poeta indignos habitos esse puto. Ventus enim non *ponit* freta sed *tollit*, et si dici possit ex arbitrio eius pendere, utrum mare sit turbidum an tranquillum, minime tamen inde sequitur sanam esse lectionem: δεινῶν ἄημα πνευμάτων κοιμίζει πόντον στένουται. Hic igitur restituendum puto λεῖων, vel potius λεῖδν. τ' ἄημα πνευμάτων. Conf. cum his locis Soph. Fragm. 63:

θάρσει γύναι· τὰ πόλλα τῶν δεινῶν, δύναρ  
πνεύσαντα νυκτὸς, ἡμέρας μαλάσσεται.

et Eurip. Herc. Fur. vs. 102 sq.

EURIPIDES *iram* comparat cum *vento* Orest. vs. 695 sqq., ubi Menelaus dicit se opem laturum esse Agamemnonidae, sed expectare dum sedata sit populi ira, quam, cum adhuc valeat, perinde difficile sit extinguere ac ignem vehementem. Tum loquitur haec:

εἰ δὲ ήσύχως τις αὐτὸς ἐντείνοντι μὲν  
χαλῶν ὑπείκοι καιρὸν εὐλαβούμενος,  
ἴσως ἀν ἐκπνεύσειεν· οὐδὲ δὲ ἀνὴ πνοὰς,  
τύχοις ἀν αὐτοῦ ἥρδιως οἶου θέλεις.

Male editores, non curantes grammaticam, in versu ultimo Cobeti spreverunt emendationem, οἷον pro ὅστον scribentis. In praecedenti autem versu legendum esse puto πνοή pro πνοᾶς, nom. sing. pro acc. plur. Verba significant: *quum ventus remittit, fit minus vehemens, vel prorsus flare desinit*; cf. Soph. Philoct. vs. 639

οὐκοῦν ἐπειδὴν πνεῦμα τούτο πρώτας ἀνῆ,  
τότε στελοῦμεν.

ibid. vs. 764 ἔως ἀνῆ τὸ πῆμα. Quod ad loci sententiam attinet, vid. Plutarchus in libello continentis Praecepta gerend. reipublic. 818 Α δὲ γὰρ πάντα λίαν ἀκριβῆς καὶ σφοδρὸς οὐδὲν ὑποχωρῶν οὐδὲν ὑπείκων, ἀλλὰ τριχὺς ἀεὶ καὶ ἀπαραιτητος, ἀντιφιλονικεῖν τὸν δῆμον αὐτῷ καὶ προσδυσκολαίνειν ἔθιζει.

Μικρὸν δὲ ποδὸς χαλάσαι μεγάλη  
κύματος ἀλκῆ.

Fortasse hic pro κύματος substituendum est χείματος, quod cum loco citato optime convenit. Huc quoque pertinet Androm. vs. 327 τοσοῦνδ' ἐπνευστας, de ira dictum. Androm. vs. 189 οἱ γὰρ πνέοντες μεγάλα superbos denotat. Conferendus quoque locus Orest. vs. 1200:

καὶ νῦν δοκῶ τὸ πρῶτον ἦν πολὺς παρῆ,  
χρόνῳ μαλάξειν σπλάγχνον

ubi v. cl. Cobetus restituit πολὺς πνέη. Idem in Bacch. vs. 640

ῥᾳδίως γὰρ αὐτὸν οἴσω, καὶ πνέων ἔλθῃ μέγα  
rescribi iubet καὶ πνέων ἔλθῃ μέγας, coll. Rhes. vs. 323,  
Aristoph. Equitt. vs. 430:

ἔξειμι γάρ τοι λαμπρὸς ἥδη καὶ μέγις παθεῖς,  
ὅμοι ταράττων τὴν τε γῆν καὶ τὴν θάλατταν εἰκῆ.  
vs. 760 πρὸς ταῦτ' ὅπως ἔξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐπὶ τὸν ἄνδρα.

Vid. Cobeti Varr. Lect. ed. 2<sup>a</sup> pag. 587 sq.; cf. quoque Eveni Eleg. II. 5, ubi de Baccho: εἰ δὲ πολὺς πνεύσειν ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας, et Alexidis comici (Mein. 3. 467) de parasito:

αὐτὸν δὲ κεκληκὼς τοῖς Σαμόθρᾳσιν εὔχεται  
λῆξαι πνέοντα καὶ γαληνίσαι ποτέ.  
χειμῶν ὁ μειρακίσκος ἐστὶ τοῖς φίλοις.

Ad candem imaginem pertinet verbum διαγαληνίζειν,  
quod legitur Arist. Eqq. vs. 646, et γαληνίζειν Euripid.  
fr. 1064.

De amore haec metaphora usurpatur Iphig. Aul. vs. 69:

ὅτου πνοᾶι Φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.

„Tyndareus,” inquit, „filiae Helenae veniam dedit eli-  
gendi eum amatorem, ad quem Veneris spiritus eam  
ducerent;” ubi postulante sententia v. cl. van Herwerden  
legendum putat: δποι πνοαί κτέ.

Denique agendum de locis, ubi Euripides calamitates  
cum ventis comparavit. Huc pertinet Herc. Fur. vs. 102,  
ubi Amphitryo Herculis uxorem consolatur his verbis:

κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί,  
καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ φώμην ἔχει.

et Io vs. 1505 sqq.:

ἐλισσόμεσθ’ ἐκεῖθεν  
ἔνθαδε δυστυχίασιν  
εύτυχίας τε πάλιν,  
μεθίσταται δὲ πνεύματα.

Cf. fragm. 152 νεύει δὲ τύχη κατὰ πνεῦμα ἀνέμων.

Electr. vs. 1147 sq., ubi chorus ante necem Clytaem-  
nestrae haec canit:

ἀμοιβῇ κακῷ· μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δόρων.  
τότε μὲν ἐν λουτροῖς ἔπεσεν ἐμὸς ἐμὸς ἀρχέτας.

Cf. Arist. Pac. vs. 944 sqq.:

θεόθεν κατέχει  
πολέμου μετάτροπος αὔρα.  
νῦν γὰρ δαίμων Φανερῶς  
εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει.

Similia legimus Iphig. Taur. vs. 1317:

*πῶς Φήσ; τὶ πνεῦμα συμφορᾶς κακημένη;*

Herc. Fur. vs. 216:

*ὅταν θεοῦ τοι πνεῦμα μεταβαλὸν τύχῃ.*

Nauckius scribit cum Codd. MSS.:

*ὅταν θεοῦ τοι πνεῦμα μεταβαλὸν τύχῃ.*

Dindorfius autem, ex Musgravii coniectura, priorem lectionem recepit, quae magis convenit cum locis supra citatis, ubi *sors*, *fortuna* cum *vento* comparatur. Neque tamen MSS. lectioni exempla desunt; simili enim ratione legimus Iphig. Aul. vs. 761:

*ὅταν θεοῦ μαντόσυνοι πνεύσωσ' ἀνάγκαι.*

Herc. Fur. vs. 885:

ταχὺ τὸν εὔτυχῆ μετέβαλεν δαίμων,  
ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς τέκνου ἐκπνεύσεται.

Satis quoque frequens usus est vocabulorum *σκότος*, *νῦξ*, *νεφέλη*, ad notandas calamitates, dum contrario sensu voc. *Φάος* adhibuerunt; quam consuetudinem non solum poetae Latini sed etiam recentiores, nostrates quoque, receperunt. Exempla ex tragicis haec sunt:

Apud AESCHYLUM, Choeph. vs. 51 sqq.:

ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς  
δυνόφοι καλύπτουσι δόμους  
δεσποτῶν θανάτουσι.

Pers. vs. 669 sq.:

Στυγία γάρ τις ἐπ' ἀχλὺς πεπόταται  
νεολαία γάρ οὐδηὶ κατὰ πᾶσ' ὄλωλε.

Cf. Sophocl. Oed. Reg. vs. 1313 sqq.:

ἰὼ σκότου  
νέφος ἔμὸν ἀπότροπον, ἐπιπλόμενον ἄφατον,  
ἀδαμαντόν τε καὶ δυσούριστον ὄν.

Eurip. Herc. Fur. vs. 1140:

στενοχυμῶν γάρ με περιβάλλει νέφος.

Medea vs. 107 νέφος οίρωγῆς; cf. Pindari πολέμοιο νέφος,  
quo nomine Amphiaraum indicavit.

Nominibus νέξι et φῶς metaphorice usus est Aeschylus  
Pers. vs. 300 sq.:

ἔμοις μὲν εἴπας δάμασιν Φάσις μέγα  
καὶ λευκὸν ήμαρον νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου.

Cf. Sophocl. Electr. vs. 1224 et 1354: ὁ Φίλτατον Φῶς, ὁ  
μόνος σωτῆρις δόμων.

Apud EURIPIDEM imprimis frequens est haec metaphora:  
Iphig. Aul. vs. 1502 ἔθρεψας Ἑλλάδι με Φάσις, cf. fragm.  
318: παίδων νεογυῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν Φάσις. Io vs. 1439 ὁ  
τέκνου, ὁ Φῶς μητρὶ κρείσσον ήλιον. Or. vs. 243, Herc.

Fur. vs. 531; cf. Andromach. vs. 406, ubi filius dicitur  
δρθαλμὸς βίου.

Huc quoque pertinent Med. vs. 482 κτείνατ' ἀνέσχον τοι  
Φάρος σωτήριον, Iphig. Taur. vs. 187: ἔρρει Φᾶς σκήπτρων.  
Nec omittendus esse videtur locus Ion. vs. 1466, ubi reperto  
filio, Creusa laeta exclamat:

ὅτε γηγενέτας δόμος οὐκέτι μύκτα  
δέρκεται, ἀελου δ' ἀναβλέπει λαμπάσιν.

Hic quoque in mentem venit verborum, quibus chorus  
heroem alloquitur Rhes. vs. 355 seq.:

σύ μοι Ζεὺς ὁ Φανατὸς  
ῆκεις διφρεύων βαλιαῖσι πώλοις.

Cf. Iphig. Aul. vs. 973.

Ad metaphoras et comparationes, quas hoc capite de-  
scribimus, pertinent ii quoque loci, quibus *fulminis ictus*  
metaphorice usurpatur. Comparisonem huius generis ad-  
hibuit SOPHOCLES in Aiac. vs. 257 seq., ubi Tecmessa herois  
furorem iam desiisse ait:

οὐκέτι (sc. μανεταί)· λαμπρᾶς γὰρ ἀτερ στεροπῆς  
ἄξας δένες νότος ὡς λάγει

i. e. „mox enim desinit ut notus, qui sine fulgure ve-  
hemens ortus est.” Editores iam citarunt ad hunc locum  
Ibyci fragm. I. vs. 6 sqq., ubi de perpetuo amore:

ἔμοι δ' ἔρος  
οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν, ἀθ' ὑπὸ στεροπᾶς Φλέγων  
Θρηϊκος Βορέας.

Calamitates comparantur cum fulgure: Aesch. Pers. vs.

514 κακῶν ἢ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός; vide quae adnotavit ad hunc locum Blomfield, qui quoque attulit Euripidis Med. vs. 93 seq.:

οὐδὲ παύσεται  
χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαι τινα,

ubi v. cl. van Herwerden restituit κατασκῆψαι 'ς τινα, coll. Hippol. vs. 1418 δρυαὶ κατασκῆψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας. Vid. Soph. Oed. Rec. ed. mai. pag. 202.

Apud reliquos poetas et scriptores Atticos, praeter alios, non repperi locos, qui ad has metaphoras illustrandas sive explicandas aliquid afferre viderentur. Quare fine huic capiti imposito transeamus ad genus, quod secundo loco tractandum esse diximus.

## CAPUT II.

Apud poetas Graecos nulla est metaphora frequentior illis, quae sumtae sunt ex *re navalium*. Sunt autem hae imagines non omnes eiusdem naturae. Duo genera esse comperi, quorum alterum complectitur comparationes et metaphoras, quae ad *republicam* pertinent, alterum quae spectant ad *vitam humanam*.

Videamus igitur exempla, quae ad *republicam* pertinent, quorum quae apud AESCHYLUM occurrunt primo loco recensemus.

Creberrimae metaphorae huius generis leguntur in fabula Septem c. Theb., quae res cum huius tragediae argumento cohaerere videtur. Comparisonem, quae poetis maxime in deliciis est, legimus Sept. vs. 62 sqq., ubi nuntius ad Eteoclem:

τὸν δὲ ὄστε ναὸς κεδύδης οἰακοστρόφος  
Φάρξαι πόλισμα, πρὶν οὐταιγίσαι πνοές  
Αρέως· βοῆ γὰρ κῦμα χερσαῖσι στρατοῖ.

*Bonum regem, ut gubernatorem navis, urbem tegere oportet, ne fluctus hostiles vi irrumpant eamque submergant. De periculis cum fluctibus comparatis iam su-*

périore capite vidimus. Quod ad huius loci verba attinet, monendum superest: κῦμα χερσῶν στρατοῦ recte a Wecklein, *Stud. zu Aeschyl.* p. 9, relatum esse ad metaphoras illas, quibus Aeschylus ipse imaginem tollit *ironia quadam*, ita ut loqui videatur extra imaginem.

Exemplo ex eadem re sumto utitur Eteocles vs. 208 sqq., ubi iratus ob metum et lamentationes feminarum, iis suadet ut fortes se praestent et domum abeant, ne terrorem augentes noceant reipublicae; cuius adhortationis finem facit docendo, non multum prodesse preces et supplicationes in templis deorum, quod hac imagine probat:

τί οὖν; ὁ ναύτης ἄρα μὴ 'ς πρῷραν Φυγὰν  
πρύμνθεν ηὗρε μικρῶν σωτηρίας,  
νεώς καρούσης ποντίῳ πρὸς πύρατι;

Se ipsum cum gubernatore comparat primis huius fabulae versibus, ubi legimus:

Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια  
ὅστις Φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως  
σίκηα νωμῶν.

Conferendus est Plato *Euthydem* p. 291 laud. a Schützio (ἢ πολιτικὴ τέχνη) δοκεῖ κατὰ τὸ Αἰσχύλου ίσχυβεῖν μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τῆς πόλεως, πάντα κυβερνῶσα, καὶ πάντων ἀρχουσα πάντα χρήσιμα ποιεῖν. Verba autem ἐν πρύμνῃ πόλεως, ut Wecklein, *Studien zu Aeschylus* pag. 6 explicat, significant: ἐν πόλει ἀσπερ ἐν πρύμνῃ νεώς. Nam: „ut bonum gubernatorem oportet dicere opportuna, sic etiam illum qui regit urbem.”

Eandem imaginem adhibuit tragicus vs. 652 huius fabulae

ώς οὕποτ' ἀνδρὶ τῷδε κηρυκευμάτων  
μέμψει, σὺ δὲ αὐτὸς γνῶθι ναυκληρεῖν πόλιν.

Scholiastes quidam adnotavit: *ναυκληρεῖν περιέπειν*, Φροντίζειν τῆς πόλεως, alius per σφέσιν hoc verbum explicat. Rectius fecissent adscribendo κυβερνᾶν, ἄρχειν. Blomfield quoque minus accurate explicat adnotans ad verbum *ναυκληρεῖν*: „*nauem rego, non ut gubernator, sed ut magister; ναύκληρος est proprie navis mercatoriae magister vid.* Thuc. I. c. 137.” Recte quidem admonuit de significatione vocis *ναύκληρος*, sed erravit in eo quod huius nominis in soluta oratione usum ad locum Aeschyleum explicandum facere creditit; nihil enim aliud, docente ipsa loci sententia, verbum *ναυκληρεῖν* hic significare potest, quam gubernare, nec dubium esse reor, quin trita illa imagine denuo hic utatur poeta. Schütz igitur bene, me iudice, vertit: „*Tu autem ipse iam vide, quo modo gubernes urbem.*” Conferatur quoque Sophocl. Antig. vs. 994:

*τοιγαρ δι’ ὅρθης τὴνδ’ ἐναυκλήρεις πόλιν.*

de cuius loci sententia dubitari omnino non potest.

Imagine ex navigatione sumta denuo loquitur Eteocles vs. 216:

*πύργου στέγειν εὔχεσθε πολέμιον δόρυ,*

nam *στέγειν*, ut Blomfield adnotavit, proprie dicitur de nave, quae aquam non admittit. Contulit idem Suppl. vs. 135 Sept. vs. 796 et, qui sequitur paullo post, vs. 234

*δυσμενέων δ’ ἔχλον πύργος ἀποστέγει;*

ubi Blomfield „*sententiam optativam fecit*,” scribens ἀπο-

*στέγαι*, quod iure non recepit Dindorfius; chorus enim nihil aliud dicit quam hoc: *Deos esse veros praesides urbis, quorum auxilio urbs adhuc servata sit*; adloquitur Eteoclem, non preces fundit.

Chorus vs. 758 sqq. de malis, quae vexarunt urbem post natum Oedipum, ita canit:

κακῶν δὲ ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει·  
τὸ μὲν πίνον, ἄλλο δὲ ἀσέρει  
τρίχων, ὃ καὶ περὶ πρύμναν πόλεως κακλάζει.  
μεταξὺ δὲ ἀλλὰ δι' ὀλίγου  
τείνει πύργος ἐν εὔρει.

Priores quidem versus satis sunt perspicui: „mala” ait poeta, „ut fluctus maris in urbem irruunt et eam circumstrepunt, ut navis puppim.” Versus autem ultimi non sani esse videntur. Quare iam olim emendationes proposuerunt viri docti. Quid tamen verum sit non viderunt, neque certam emendationem locum admittere putant.

Tandem urbe obsidione liberata, nuntius monet feminas ut bono sint animo, vs. 792 sqq.:

πόλις πέφευγεν ἡδε δούλιον ζυγόν·  
πέπτωκεν ἀνδρῶν διβρίμων κομπάσματα,  
πόλις δὲ ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου  
πολλαῖτι πληγαῖς ἀντλον οὐκ ἔδέξατο,  
στέγει δὲ πύργος καὶ πύλας Φερεγγύοις  
ἐφαρξάμεσθα μενομάχοισι προστάταις.

Hi versus perspicui sunt. Unum tamen vocabulum suspicionem movit. Ut nunc legimus sensus vs. 795 sqq. hic est: „urbs in tranquillo et fluctibus agitata non

*hausit sentinam; moenia hostes arcent (rimas non agunt) et portas fortibus propugnatoribus munivimus. Statim cadit in oculos permire urbem dici in tranquillo sentinam non recepisse; neque ea res fugit Blomfieldum, qui coniecit legendum esse: πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ στι; et sane, quin haec poetae mens fuerit, non dubium mihi esse videtur, idque rei naturae unice convenire existimo. Ipsi mihi in mentem venerat verbi εὐδίᾳ et conieceram: πόλις μὲν εὐδίᾳ. Hoc autem verbum legitur apud seriores tantum, quare meam coniecturam Blomfieldi emendationi posthabendam esse video. Miror editores post Blomfieldum non potius in textum recepisse incertam emendationem, quae tamen, sine dubio, praebet sensum sanum, quam retinuisse lectionem vulgatam, quae sine controversia vitiosa est et rationi contraria. Unum locum ex hac fabula adhuc apponendum esse puto, quo explicato ad aliam transibo. In fine enim huius dramatis chorus deflens Eteoclem his verbis utitur vs. 1074 sqq.:*

μετὰ γὰρ μάκαρας καὶ Διὸς ισχὺν  
ὅδε Καδμείων ἥρυξε πόλιν  
μάνατραπῆναι μηδ' ἀλλοδαπῶν  
κύματι Φωτῶν κατακλυσθῆν.

Videmus denuo imaginem eandem ab Aeschylo adhibitam, quod non tantum efficiendum e verbis κύματι Φωτῶν κατακλυσθῆν, sed etiam ex usu verbi ἀνατραπῆναι, quod de evertenda nave usurpatur a scriptoribus Atticis: confer Alexidis fragmentum apud Athenaeum VI. p. 226 F ἀνατραπῇ γὰρ πλοῖον. Aeschin. 3. 158 ἐάν τις ἄκουν πλοῖον ἀνατρέψῃ, ubi orator statim transit ad urbem eversam,

eodem verbo metaphorice utens: τὸν δὲ τὴν Ελλάδα καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀνατετροφότα; conf. praeterea Luciani *Dial. Mort.* p. 155, ubi de navigantibus dicit πλαγίω περιπεσόντες τῷ Ἰσπυρὶ ἀνετρέπησαν.

In ceteris Aeschyli tragoeidiis non ita multi loci occur-  
runt, ubi respublica cum nave comparatur. Adscribam  
locos quosdam, ubi aut disertis verbis metaphoram adhi-  
buit, aut uno altero vocabulo usus est, unde apparent  
hanc imaginem eius menti obversatam esse.

In Persis haec fere ad rem nostram facere videntur:  
vs. 656 chorus de Dario loquens inducitur:

Θεομήστωρ δ' ἐκεκλήσκετο Πέρσαις, Θεομήστωρ δ'  
ἔσκει, ἐπεὶ στρατὸν εὖ ποδούχει.

Corrupta legebantur haec verba. Dindorf ex διορθωτοῖς  
superscriptis verbis „εὖ ἐποδώχει” restituit veram lectionem  
εὖ ποδούχει. Verbum ποδούχειν est inusitatum, nisi quod  
apud Grammaticos occurrit: Bekker Anecd. 297 ποδοκεῖν.  
τὸ τῷ ποδὶ κυβερνᾶν. Pollux ex Antiphonte verbum ποδοχέω  
affert. Lib. I. 98 οἰανίζειν δὲ καὶ κατευθύνειν τὸ σκάφος καὶ  
κυβερνῶν καλείσθω ὁ κυβερνήτης ὁ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθῆμενος,  
ὁ τῆς νεώς ἡγεμών, ὁ τῶν υαυτῶν ἄρχων, ὁ ἐπὶ τοῖς οἴαξιν  
ἔστως, καὶ κατ’ Ἀντιφάντα ποδοχῶν ἡ μᾶλλον κατ’ ἔμε ὁ  
ποδηγῶν. Pollux non bene intellexisse videtur unde verbum  
ποδουχέω natum sit, (nam ποδουχῶν, non ποδοχῶν, quod  
nihili est, scripsisse Antiphontem, quisque videt); est enim  
procul dubio compositum ex ποὺς et ἔχω. Ποδοῦχος autem  
recte dicitur gubernator, quippe qui teneat veli pedem, ut  
aut relaxet aut inhibeat, secundum venti vim. Ποδηγός sive  
potius ποδηγός, sic enim constanter Attici, ut λοχηγός,

Ξεναγός alia, est is qui viam monstrat, proprie qui dirigit vestigia infantis, senis, caeci al. Ceterum quod ad Aeschyli locum attinet, apparet στρατὸς hic dictum esse de universo populo; conf. Pind. Pyth. I. 86, qui eadem translatione νόμα, ait, δικαίῳ πιδαλίῳ στρατόν.

Tali imagine poeta quoque usus esse videtur describens ducem Pers. vs. 773:

Κύρου δὲ παιᾶς τέταρτος ηὔθυνε στρατόν  
nam εὐθύνειν proprie dicitur de regenda nave, quo sensu apud Euripidem quoque et alios saepius occurrit.

Huius verbi composito utitur Aeschylus Pers. vs. 857:

πρῶτα μὲν εὐδοκίωνος στρατιῶς ἀπεφαινόμεθ',  
ηδὲ νομίσματα πύργινα  
πάντ' ἐπηύθυνον.

Derivato autem substantivo vs. 764: ἔχοντα σκῆπτρον εὐθύντηρον; i. e. sceptrum, quo populum gubernabat, ut rector εὐθύνει nām.

Eumenid. vs. 16 rex dicitur:

χάρας τῆσδε πρυμνήτης ἀναξ,  
cum quo versu apte conferri possunt quae legimus in fragm. Sophocl. 470:

οὐ γάρ τις δὲν δύνατο πρωρατὴς στρατοῦ  
τοῖς πᾶσι δεῖξαι καὶ προσαρκέσαι χάριν.

Prometh. vs. 149 de diis dicit: νέοι γάρ οἰακούμοι κράτοῖσ'  
Ολύμπου, et vs. 515 eiusdem fabulae legimus: οἰακοστρόφος  
ἀνάγκης. Cum his locis conterri possunt Luciani *Iupiter Tragoedus* 47, ubi rerum natura cum nave comparatur,

cuius κυβερνήτης Iupiter, homines ναῦται et συνναῦται dicuntur; et Platonis *Politic.* p. 273 D.

Ut principes sunt gubernatores reipublicae, sic cives dicuntur ναῦται, ut vidimus Sept. c. Theb. vs. 208. Vocabulum quidem ἐρέτης non usurpatur de civibus, *remigum* tamen imago obversatur menti poetae in Agamemn. vs. 1617 seq., ubi Aegisthus haec choro respondet:

σὺ ταῦτα Φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος  
κῶπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δόρσα.

Illi qui *inferiori remo adsident*, subiecti sunt τοῖς ἐπὶ ζυγῷ, qui hic *rectores navis* dicuntur. Non dubito quin Stanleius et Blomfield verum viderint, δόρυ per navem vertentes; quod Schützio non placuit, qui tamen huius dissensionis causam non addidit. Δόρυ, ut satis notum, apud Aeschylum et Euripidem saepissime pro *nave* dicitur. Blomfield igitur imaginam, me iudice, optime interpretatus est dicens: „eos, qui secundum locum occuparent, sc. *Clytaemnestram et Aegisthum*, gubernatore intersecto, navis regimen tenere; sic interpretando vim suam voci ζυγοῦ servabis. Erant igitur senes θαλάμιοι, Aegisthus et Clytaemnestra ζυγίται, Agamemnon θρανίτης.”

SOPHOCLES quoque nonnullis locis de urbe eandem adhibuit imaginem. Locus notissimus est Aiac. v. 1083: „*Ubi unicuique superbire et facere quae velit liceat*,” Menelaus ait:

ταῦτην νόμιξε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτέ  
ἔξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.

ἔξ οὐρίων δραμεῖν est vento secundo uti, quod Aristophanes

alio modo expressit verbo non minus usitato Thesmoph. vs. 1226: *τρέχε νῦν κατὰ τὸν οὐρακας ἐπουρίσας.* Lobeck, qui in sua Aiacis editione ad hunc illustrandum multos locos attulit, memorat Stobaeum exhibere ἐξ οὐρίας, quod alii quoque scriptores habent, alii vero, haud secus ac Sophocles, secundum libros manuscriptos, in hac formula usi sunt neutro plurali, ita ut difficile sit dictu, utro modo Sophocles scripsisse putandus sit.

Huc pertinent ex Antigone vs. 163 sq., ubi Creon coram Thebanis dicit:

Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ<sup>1</sup>  
πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὥρθωσαν πάλιν.

et eiusdem fabulae vs. 189 sq.;

ἢδ (ἢ πόλις sc.) ἐστίν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἐπι-  
πλέοντες ὀρθῆς τὸν φίλους ποιούμενα.

Ut vs. 163 Antig. σάλῳ σείσιν, sic σαλεύειν de urbe calamitatibus afflita, dixit Oed. Reg. vs. 23 sq.:

πόλις σαλεύει κάνακουφίσαι κάρα  
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἴα τε φοινίου σάλου.

Conferri potest vs. 694 huius fabulae, ubi Dobraeus restituit σαλεύουσαν:

ὅς τ' ἐμὰν γὰν φίλου ἐν πόνοις  
σαλεύουσαν κατ' ὀρθὸν οὔρισας.

Eandem metaphoram adhibuit Lysias in orat. in Andoc. 49: ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ τὴν πόλιν γενομένην. Denique hic memorandus est vs. 923 sq. eiusdem fabulae, ubi princeps urbis cum gubernatore comparatur:

ώς νῦν δικοῦμεν πάντες ἐκπεπληγμένου  
κεῖνον βλέποντες ὡς κυβερνήτην νεώς.

Mirum νεώς videtur, siquidem Thebanis Oedipus non erat *navis* sed *republicae gubernator*, qua propter virum van Herwerden coniecit fortasse legendum esse λεῶς pro νεώς, ut interpretari possimus: ὡς (ὁ ναυτικὸς) λεῶς δικεῖ ἐκπεπληγμένον βλέπων τὸν κυβερνήτην. Si νεώς genuinum est, certe inusitata breviloquentia poëta usus esse cogitandus est.

Quamquam non adeo crebrae atque apud Aeschylum, occurunt tamen etiam apud EURIPIDEM metaphorae, quae cum superioribus apte comparari possint.

Rhes. vs. 245 sqq. Chorus Dolonem laudans, qui solus se ut speculatorum naves Argivorum aditum pollicetur, haec dicit:

ἀγαμαι λίματος· οὐ σπανία  
τῶν ἀγαθῶν, ὅταν οὐ  
δυσάλιον ἐν πελάγει  
καὶ σαλεύῃ πόλις.

„Rari profecto sunt boni et fortes viri quando ponto nox incubat atra et respublica aestu agitur.”

Eadem imagine Hector utitur reiciens Rhesi auxilium, cum non ab initio belli et periculis gravibus Troiae imminentibus, sibi et popularibus opem tulerit, nunc vero, cum, ut chorus dicit, πολίταις εὔσταθῶσι δαίμονες, sese socium Trojanis adiungat. Verba Hectoris, quae sequuntur, haec sunt, vs. 319 sqq.:

πολλοὺς ἐπειδὴ τούμπην εὔτυχεῖ δόρυ  
καὶ Ζεὺς πρὸς ἡμῶν ἔστιν, εὐρῆστος Φίλους.

ἄλλ' οὐδὲν αὐτῶν δεόμεθ', οἵτινες πάλαι  
μὴ ξυμπονοῦσιν, ἵνακ' ἔξωστης "Ἄρις  
ἔθραψε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων.

In primo versu post πολλοὺς necessariam particulam γε deesse puto. Concedit enim choro, qui dixit: „cum di benevoli sunt omnis fortuna statim ad bona vergit.” Hunc versum igitur post insertum γ', πολλούς γ' ἐπειδὴ κτέ. sic vertendum esse puto: „multos quidem, scio, reperium amicos.” Ceterum hic Mars cum vento comparatur, qui vela navis scindit; praeterea ἔξωστης dicitur, i. e. „qui navem ex cursu depellit, efficit ut cursum tenere non possit; conf. Herodot. II 113 et Euripides Cycl. vs. 279: πνεύμασιν ταλασσοῖς ἔξωσθέντες.

Quod ad horum versuum sententiam attinet conf. Orest. vs. 665 sqq., ubi legimus:

τοὺς φίλους  
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὥφελεῖν,  
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ τί δεῖ φίλων.  
[ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὥφελεῖν θέλων.]

Si versus ultimus abesset a nullo puto lectore desideraretur. In eiusdem fabulae vs. 454 sq. eandem sententiam expressit his verbis:

ὄνομα γάρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχοισιν οἱ φίλοι  
οἱ μὴ πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.

Denique conferri possunt hi versus, qui eodem modo explicant officium amici, fragm. Eurip. 901 vs. 13 sqq.:

μετὰ γὰρ τῶν φίλων εὔτυχεῖν  
δυστυχεῖν τε χρή· τι γὰρ δὴ τὸ φίλου ἄλλο πλὴν τόδε;

Quod ad imaginem de qua agimus attinet, cum loco Euripideo conferri potest Pindari Ol. VI vs. 10:

ἀνινδυνοί δ' ἀρεταῖ  
οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτε ἐν ναυσὶ κοιλαῖς  
τίμιαι.

Urbs denuo cum nave comparatur Suppliē. vs. 473 sqq., ubi Thebanorum nuntius Theseum monet, ne concedat matribus sepulturam filiorum occisorum in bello adversus Thebas, his verbis utens:

κανὸν μὲν πίθη μοι, κυμάτων ἀτέρ πόλιν  
σὴν ναυστολήσεις· εἰ δὲ μὴ, πολὺς κλύδων  
ἡμῖν τε καὶ σοὶ ξυμμάχοις τ' ἔσται δορός.

Ubi κλύδων iungi debet cum δορός; cf. Ion. 60 πολέμιος κλύδων. Omnia satis perspicua sunt. Quod ad metaphoram attinet comparari potest Phoeniss. vs. 859:

ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ' ὄσπερ οἴσθαι σὺ  
δορός Δαναΐδων.

Cf. (Plato) *Alcib.* II. p. 151.

Idem nuntius, quem modo loquentem audivimus, his verbis finit orationem vs. 506 sqq.:

Φιλεῖν μὲν οὖν χρὴ τοὺς σοφοὺς πρῶτους τέκνα,  
ἔπειτα τοκέας πατρίδα θ', ην αὖξειν χρεών  
καὶ μὴ κατᾶξαι· σφαλερὸν ἡγεμῶν θρασὺς  
νεώς τε ναύτης· ἥσυχος καὶ φῶ σοφός.

„Decet,” inquit, sapientes primum diligere liberos suos, deinde parentes et patriam, quam oportet augere, non frangere. Pericula enim creat dux nimis audax, aeque ac gubernator navis.” Vs. 508 Elmsleius pro κατᾶξαι

coniecit ταράξι. Evidem credo hanc coniecturam egregii critici plane esse inutilem. Lectio quam editores servarunt est sanissima, neque habet quod miremur. Versatur enim poeta etiam hoc loco in metaphora de qua agimus, qua respublica imagine *navigis* depingitur. „*Sapiens, ait, urbis gubernator non perdit civitatem sed auget, ut bonus navi rector navem non frangit insolentia et temeritate.*” Hanc imaginem ei obversatam esse videmus ex verbis σφαλερὸν ἡγεμῶν κτέ. Praeterea poeta fortasse ludit in assonantia verborum αὔξεω et ἀξι.

Quod autem ad verbum κατάξι attinet conferri potest Horatii *Carm.* I. 35 vs. 14 sq.: „*Neu populus frequens ad arma, cessantes ad arma concitet imperiumque frangat,*” quamquam non puto Horatium hic eadem imagine usum esse, qua Euripidem. Ad sententiam loci Euripidei faciunt quae legimus Eur. fragm. 194:

ὅ δ' ἕσυχος Φίλοισι τ' ἀσφαλῆς Φίλος  
πόλει τ' ἄριστος. μὴ τὰ πιδυνέματα  
αἰνεῖτ· ἐγὼ γὰρ οὕτε ναυτίλων Φίλῳ  
τολμῶντα λίσην οὕτε προστάτην χθονός.

Respublica saepius cum nave comparata est in Euripidis Supplieibus, ex qua fabula iam duo exempla vidimus. Accedant autem haec:

vs. 269. πόλις δὲ πρὸς πόλιν ἔπτηξε χειρασθεῖσα.

vs. 417. ἄλλως δὲ πᾶς ἀν. μὴ διορθεύων λόγους  
δρθας δύναιτ' ἀν δῆμος εὐθύνειν πόλιν;

vs. 879. οὐχὶ τὴν πόλιν  
ἥχθαιρ· ἐπει τοι κούδεν αἰτία πόλις  
κακὸς κλέψουσα διὰ καβερνήτην κακόν.

Et haec quidem exempla ex Tragicis sufficient.

Apud ARISTOPHANEM quoque hic illic metaphora, quam apud Tragicos frequentissimam esse vidimus, occurrit. In Ranis vs. 361, parabaseos initio, inter alios, quos procul abesse iubet poeta, est etiam qui:

*τῆς πόλεως χειραρχούμενης ἀρχαν καταδωροδοκεῖται.*

Idem significat, aliis verbis, comica metaphora vel parodia vs. 700 sqq., ubi suadet Atheniensibus ut melius consulant reipublicae, eligentes cives qui de Athenis bene merituri sint:

*ἀλλὰ τῆς ὁργῆς ἀνέντες, ὡς σοφάτατοι Φύσει,  
πάντας ἀνθρώπους ἐκόντες ἔνυγγενεῖς κτησάμεθα  
κάπιτιμους καὶ πολίτας, ἕστις ἀν ἔνυναυμαχῇ.  
εἰ δὲ τοῦτ' ὀγκωσόμεσθαι κάποτε μνησύμεθαι,  
τὴν πόλιν καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυράτων ἐν ἀγκάλαις,  
ἕστέρω χρόνῳ ποτ' αὖθις εὗ φρονεῖν οὐ δόξομεν.*

Quaedam in his verba comicum mutuatum esse ab Archilochi scholiastes adnotavit. Fragmentum Archilochi est: *ψυχὴς ἔχοντες κυράτων ἐν ἀγκάλαις.* Didymus in *Corp. Paroemiagraph. Graec.* I. p. 423 37, dicit Aeschyli verba esse, sed videtur deceptus esse loco e Choëphoris vs. 586, ubi legimus *πόντικι ἀγκάλαι.* Vide quae Blomfield adnotavit ad hunc locum, et editores Paroem. Graec. I. l. Accedat denique locus ille notissimus ex eadem Aristophanis fabula vs. 534 sqq.:

*ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἔστι  
νοῦν ἔχοντος καὶ Φρένας καὶ  
πολλὰ περιπεπλευκότος  
μετακυλίνδειν αὐτὸν ἀεὶ<sup>τοῦ</sup>  
πρὸς τὸν εὗ πράττοντα τοῖχον.*

Ubi poeta perstringit eos, qui in republica semper se adiungunt illis partibus, quae in praesentia superiores esse videntur. Hic enim civitas cum *nave* comparatur, *quae fluctibus laborat*. Illi autem qui multum circumnavigarunt et rerum peritiam sibi compararunt, semper ad eam navis partem currunt, quam minimo periculo premi vident; idem in republica faciunt illi homines callidi.

Denique ex Aristophane ad hanc rem pertinet Vesp. vs. 29 sq.:

Σ. ἀλλ' ἔστιν μέγα·

περὶ τῆς πόλεως γάρ ἔστι τοῦ σκάφους ὅλου.

Ε. λέγε νυν ἀνύσας τι τὴν τρόπιν τοῦ πράγματος.

In poetarum comicorum fragmentis hanc metaphoram non repperi. Apud Theognidem duobus locis occurrit: vs. 671 sqq. et vs. 855 sq. Alcaeus eam adhibuit fragm. II. 18 (Bergk.)

In pedestris orationis scriptoribus, apud PLATONEM in primis, frequentia sunt exempla, quae hoc pertinent. Non nullos iam supra locos laudavimus, sequantur reliqui, qui ad rem nostram facere videantur. *Resp.* III. 3. p. 389 D. πόλεως ὥσπερ νεῶς ἀνατρεπτικὸν τε καὶ ὀλέθριον. Contra urbem cum scopulo Plato comparat *Resp.* VIII. 8. p. 553 ἔπειτα αὐτὸν Ἰδη ἐξαίφνις πταισαντα ὥσπερ πρὸς ἔρματι τῇ πόλει. Cum nave denuo *Politic.* p. 302 ή ἐκεῖνο ἡμῖν θυμαστέον μᾶλλον, ὡς ἴσχυρόν τι πόλις ἔστι Φύσει; πάσχουσαι γάρ δὴ τοιαῦτα κι πόλεις νῦν χρέον ἀπέραντον, ὅμως ἔνια τινες αὐτῶν μόνιμοι τ' εἰσὶ καὶ οὐκ ἀνατρέπονται· πολλαὶ μὴν ἐνιστε καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα διόλλυνται καὶ διολώλασι καὶ ἔτι διολοῦνται διὰ τὴν

τῶν κυβερνητῶν καὶ ναυτῶν μοχθηρίαν. Aristoteles Rhet. III. 4 „secundum Platonem, inquit, ὁ δῆμος ὅμοιος ναυπλήρῳ ἵσχυρῷ μὲν, ὑποκάφῳ δέ.” Respxit ad Resp. VI. 4, ubi populum dicit esse ναύκληρον, μεγάθει μὲν καὶ ὁώμῃ ὑπὲρ τὸν ἐν τῇ οὐτὶ πάντας, ὑπόκαφον δὲ καὶ ὀρῶντα ὠσαύτως βραχὺ τι καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἔτερα τοικύτα. Nautae autem inter se contendunt de gubernandi munere, cum quisque eorum putet sibi gubernaculum mandandum esse, quamvis neque didicerint gubernandi artem neque possint indicare suum praceptorē, neque tempus quo didicerint; quin etiam negant eam artem posse doceri, et parati sunt dilacerare illum, qui contra nitatur. Semper autem circumfunduntur domino navis, petentes ab eo, ut ipsis gubernaculum tradat.” Hic, ut videmus, rempublicam cum nave comparat, vulgus cum domino navis, partes politicas cum nautis, qui navem regere cupiunt, repulsis peritis et artem callentibus, contendentes, ut addit, cognitionem tempestatum, coeli, siderum, ventorum aliarumque rerum ad artem pertinentium, a gubernatione esse discernendam. Conf. cum hoc loco Polybius VI. 44. 3. sqq., ubi comparat Atheniensium rempublicam cum nave ἀδεσπότῳ et dicit: „Athenienses propter seditiones, πολλάκις διαφυγόντες τὰ μέγιστα πελάγη καὶ τὸν ἐπιφανεστάτους χειμῶνας, ἐν τοῖς λιμέσι καὶ πρὸς τῇ γῇ ναυαγοῦσιν.”

Isocrates eadem metaphora usus est in Areopag. c. 6, ubi se metuere dicit, ne in gravia pericula respublica incidat: καίτοι, inquit, πῶς χρὴ ταῦτην τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖν ή στέργειν τὴν τοπούτων μὲν ικανῶν πρότερον αἰτίαν γενομένην, νῦν δὲ καθ' ἔκκατον ἐνικεῖται ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ Φερομένην, πῶς δ' οὐ χρὴ δεδιέναι μὴ τοικύτης ἐπιδόσεως γιγνομένης τελευ-

τῶντες εἰς τραχύτερα πράγματα τῶν τότε γενομένων ἐποκιλώμεν; Verbum φέρεσθαι hic, ut saepius, de nave dicitur, quae celeriter currit; τραχύτερα πράγματα dictum pro cautibus, in quibus navis frangitur.

Ex senioribus PLUTARCHUS imprimis multis locis eadem translatione usus est, cuius nonnulla exempla adscribere liceat.

In libello *Praecepta Gerendae Reipublicae* continent saepius reges et imperatores cum gubernatoribus comparavit; e. c. 802 B, ubi dicit oportere ipsi sciant regundae civitatis artem, neque indigeant adiutoribus, quemadmodum gubernatoribus opus sit celestis: — οἱ μὲν σὺν τὰ πλοῖα κυβερνῶντες ἑτέροις χρῶνται κελευσταῖς· ὁ δὲ πολιτικὸς ἐν ἔκυτῷ μὲν διφείλει τὸν κυβερνῶντα νοῦν ἔχειν, ἐν ἔκυτῷ δὲ τὸν ἐγκελευόμενον λόγον. Cui sententiae non respondet ea, quam legimus paullo inferius, p. 812 c.: ὡς οἱ κυβερνῆται τὰ μὲν ταῖς χερσὶ δι' αὐτῶν πράττουσι, τὰ δ' ὄργανοις ἑτέροις ἀπωθεν καθήμενοι περιάγουσι καὶ στρέφουσι, χρῶνται δὲ καὶ ναύταις καὶ πρωρεῦσι καὶ κελευσταῖς, καὶ τούτων ἐνίους ἀνακαλούμενοι πολλάκις εἰς πρύμναν ἐγχειρίζουσι τὸ πιδάλιον· οὕτω τῷ πολιτικῷ προσῆκει κτέ.

Multos alibi dicit forte fortuna ad rempublicam delatos, reverti non posse ad otium tranquillum, comparans eos cum navaigrantibus, qui vi tempestatis inviti in altum propelluntur: pag. 799 Δ οὐκέτι ὁδίως ἀπελθεῖν δύνανται, ταῦτὸ τοῖς ἐμβᾶσιν εἰς πλοῖον αἰώρας χάριν, εἴτ' ἀποσπασθεῖσιν εἰς πέλαγος, πεπονθέτες, ἔξω βλέπουσι ναυτιῶντες καὶ ταραχτόμενοι, μένειν δὲ καὶ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀνάγκην ἔχοντες. Ubi pro ἔχοντες legendum esse puto ἔχουσι; sententia est: „volunt quidem relinquere navem naucebundi et tur-

bati, remanere autem et cedere necessitati coguntur. His ex *Vitis parallelis* aliquot exempla accedant. Vit-Coriolan. c. 32 initio legimus: ἐπικενθόντων δὲ τῶν πρέσβεων ἀκούσασα ἡ Βουλὴ, παθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως, ἀρασα τὴν ἀφ' ιερᾶς ἀφῆκεν. Ἡ ἀφ' ιερᾶς (sc. γραμμῆς) φῆφος dicitur *ultima ratio, ultimum consilium salutis*. Conf. Diogeniani Proverb. Cent. V. 41, quaeque ibi adnotarunt editores; Xenophont. *Anab.* V 6 4 et dialogi, qui inter Platonicos editur nomine *Theagis*, p. 122 A, ubi tamen usurpatur de *consilio dando in re maximi momenti*. Aliud proverbium non minus frequens apud scriptores Graecos est: τὴν ιερὰν ἄγκυραν χαλᾶν, ὅπτεν sim., quod occurrit apud Diogen. C. V 29. Cypr. II 69. Vid. quae adnotarunt editores. Hic tamen apud Plutarchum duas illas loquendi formas, quarum unam ex *navigazione*, ex *ludo* alteram sumtam esse novimus, confusas esse existimo. Scribendum est, nisi fallor, παθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως, ἀρασα τὴν ιερὰν ἄγκυραν ἀφῆκεν. Quam corruptelam inde natam esse puto, quod in margine lector aliquis adscriperit: τὴν ἀφ' ιερᾶς, ut notaret alteram loquendi formam, quam notam marginalem in textum irrepsisse pro genuinis verbis crediderim. Quid enim magis cum rei natura convenit quam, ubi de κλύδων et χειμῶν mentio facta sit, pergi imagine ex eadem resumta, et memorari ἄγκυραν pro *salutis consilium*. Quod ipse Plutarchus fecit, eodem quo corrigendum proposui modo, in *Praecept. Ger. Reipubl.* p. 815 D. Δεῖ γὰρ οὐ ποιεῖν χειμῶνας, ἀλλὰ μὴ προλιπεῖν ἐπιπετόντων, οὐδὲ κινεῖν τὴν πόλιν ἐπισφαλῶς, σφαλλομένη δὲ καὶ κινδυνευούσῃ βοηθεῖν, ἀσπερ ἄγκυραν ιερὰν ἀράμενον ἐξ αὐτοῦ τὴν παρρησίαν ἐπὶ ταῖς

μεγίστοις. Conferendus est Lucianus *Fugit*. В єδоξе δη σκοπουμένοις τὴν ὑστάτην ἀγκυραν, ήν ιερὰν οἱ ναυτιλλόμενοὶ Φασι, καθίεναι, καὶ ἐπὶ τὴν βελτίστην ἀπόνοιαν δρυῆσαντες κτέ., ubi pro acc. τὴν βελτίστην ἀπόνοιαν legendum: τῆς βελτίστης ἀπονοίας: dicitur enim δρυεῖν ἐπ' ἀγκύρας, ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν non ἐπ' ἀγκυραν. Cf. Demosth. XVIII. p. 281 οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς δρυεῖ τοῖς πολλεῖς (sc. ἀγκύρας) οὔπουν οὐδὲ τῆς ἀσφαλείας τὴν αὐτὴν ἔχει προσδοκίαν. Eiusmodi metaphora quoque extat apud Lucianum *Iup. Tray.* 51 οὐκ αἰσθάνει ἀπὸ λεπτῆς προκῆς ἐξαψάμενός σου τὴν ἀγκυραν, καὶ ταῦτα ιερὰν οὖσαν· τὸ γάρ εἶναι θεοὺς τῷ Βαμοὺς εἶναι ξυνδήσας δίει Ισχυρὸν ποιήσασθαι ἀπ' αὐτῶν τὸν ὄρμον. Plutarchus *Praecept. Ger. Reip.* p. 812 C pro ιερὰ ἀγκυρα dicit ιερὸν σκεῦος.

In vita *Phocionis* Plutarchus dicit Demadem contendasse sibi ignosci debere, si ipso gerente rempublicam, Atheniensibus non omnia prospere procederent; etenim se πολιτεύεσθαι τὰ ναυάγια τῆς πόλεως. Addit autem haec: Δημάδης αὐτὸς ήν ναυάγιον [τῆς πόλεως] οὗτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος. Abicienda puto quae uncinis sepsi vocabula, ut perperam repetita ex praegressis, neque igitur Plutarcho tribuenda. Allegoriam huius generis legimus in eadem vita cap. 3, ubi dicit Catonem rempublicam Romanam, iam *fluctibus civilibus* concussam, cum aliis administrasse: ὅσον ιστίων καὶ κάλων ἐπιλαβέσθαι καὶ παραστῆναι τοῖς πλέον δυναμένοις πολιτευσάμενος, οἷάνων δὲ καὶ κυβερνήσεως ἀπωσθεῖς. Pro πλέον δυναμένοις scriptor Atticus dedisset μεῖζον δυναμένοις.

Iam transeamus ad eos locos, quibus *fortuna hominum* metaphoris ex re nivali petitis descripta est.

Huiusmodi translationes, apud Tragicos frequentes sunt. Primum videamus exempla ex AESCHYLO, qui pulcherrime humanarum rerum incertum et fluctuantem statum describit in Persis vs. 598 sqq., ubi Atossa, post acceptum nuntium de clade apud Salamina, hoc modo loquitur:

Φίλοι, κακῶν μὲν ὅστις ἔμπειρος κυρεῖ,  
ἐπίσταται βροτοῖσιν ᾧς, δταν κλύδων  
κακῶν ἐπέλθη, πάντα δειμαλεῖν Φίλεϊ.  
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὑροῇ, πεποιθένται  
τὸν αὐτὸν ἀεὶ δαίμον' οὐριεῖν τύχης.

Versus descripsi ex edit. Va Dindorffii, cum quo conspirat Blomfield, nisi quod *τύχας* scribit pro *τύχη*, accusativum plur. pro genitivo sing., quem reliqui tuentur. Schützius *ἔμπορος* in primo versu retinuit pro *ἔμπειρος*, quod iam ante eum proposuerant critici, dicens: *se praelaturum fuisse alteram lectionem* *ἔμπειρος*, *si κακῶν genuinum esset, ne allegoriae, quae sequitur, concentus magis etiam turbaretur*. Credit autem *κακῶν* esse corruptum et ex versu sequenti a librario imprudenti illatum. „Certe,” sic pergit, „aut scripsit Aeschylus aut scribere debuit: φίλοι βίου μὲν ὅστις ἔμπορος κυρεῖ. Quomodo enim ii, qui κακῶν tantum ἔμποροι aut ἔμπειροι sunt, deinde dicantur intelligere, eos qui secundis rebus utantur, eandem sortem sibi sperare?” Recte deinde contendit *ἔμπορος* „non mercatorem solum, sed vectorem quoque” designare. — Nihilo minus Schützii correctio non sufficit, si quidem unusquisque mortalium *βίου* *ἔμπορος* dici potest, sed ille tantum, qui diu vixit fortunae vicissitudines expertus, id scire potest, de quo loquitur Atossa. Omnibus quae excogitarunt critici, longe praestat quod sollerter excogitavit Weilius:

Φίλοι, βροτείων ὅστις ἐκπειρος κυρεῖ  
κακῶν, ἐπίσταται μὲν ὡς, ὅτῳ οἰλύδων  
κακῶν ἐπέλθῃ, πάντα δειμαίνειν φιλεῖ.

perspicuum enim est nihil esse in vulgatis verba βροτοῖσιν πάντα δειμαίνειν φιλεῖ. Certa vero ratione locus sanari non posse videtur. Reliqua autem verba sunt perspicua; οὐρίζειν in ultimo versu significat *ventum secundum praebere*. „Illi, qui fortuna secunda utuntur, semper eandem sortem *ventum secundum* praebituram esse existimant.” Simili modo Pindarus loquitur de „δαιμονος οὔρος” Ol. XIII. vs. 26. Quod autem versu paenultimo legitur εὑρεῖν, de felici vitae cursu, extat apud Polybium, qui sic scribit IV 48: τῶν πραγμάτων αὐτῷ παραδόξως εὑροούντων, ἐπεὶ τὸν μὲν Ἀτταλον εἰς αὐτὸν τὸ Πέργαμον συνέκλειτε, τῶν δὲ λοιπῶν πάντων ἢν ἐγκρατής, ἐπαρθεὶς τοῖς εὐτυχήμασι παρὰ πόδας ἔξακειλεν. Et frequens est usus substantivi εὕρουις praesertim apud Stoicos. Ipse Zeno εὐδαιμονίαν definiebat: εὕρουιν βίον. Cf. Sext. Empir. c. Mathem. XI 30 et Stobaei Ecl. VI 138. Quod autem attinet ad sententiam horum versuum comparari potest fragmentum 1058 Euripidis:

οὐ χρὴ ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα  
ἔξειν τὸν αὐτὸν δαιμον' εἰσαὶ δοκεῖν.  
ὁ γὰρ θεός πως, εἰ θεόν σφε χρὴ καλεῖν,  
κάμνει ξυνῶν τὰ πολλὰ τοῖς αὗτοῖς ἀει.  
Ανητῶν δὲ θυητὸς ὄλβος· οἱ δὲ ὑπέρφρονες  
καὶ τῷ παρόντι τούπιον πιστούμενοι  
ἐλεγχον ἔλαβον τὴν τύχην ἐν τῷ παθεῖν.

In versu ultimo legendum puto ἐλεγχον ἔλαβον τῆς τύχης.  
„Cum paterentur malum intellexerunt fortunae na-

*turam*, quam antea non noverant, quare futura ex praesentibus augurari se posse existimabant. Conferri potest cum hoc loco Horat. Carm. II 10 vs. 13 sqq. „*Sperat infestis, metuit secundis alteram sortem bene praepratum Pectus*“ eet. Vidoantur quae editores ad hunc locum adnotarunt. In quibus est dictum Haruspicis ad Iulium Caesarem apud Plutarchum, Caes. 43: εἰ μὲν εὖ πράττειν ἡγεῖ σεαυτὸν ἐπὶ τῷ παρόντι, τὴν χείρονα προσδόκα τύχην, εἰ δὲ κακῶς, τὴν ἀμεινονα; et Theocriti Idyl. IV. 41 θαρσῆν χρή. Φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἀμεινον. His accedant Euripidis Hercul. Fur. vs. 102 seq.:

κάρινουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ ξυμφοραί,  
καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ἥψην ἔχει.

Fragm. Eurip. 413:

μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡγίαν χάλα  
κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

Conf. quoque Eur. fragm. 955.

De vita hominum felicium, imprimis obnoxia multis gravibusque periculis, praeclare Aeschylum cecinisse in Agamemn. vs. 1001 sqq., suspicari licet ex fragmentis, quae huius chori partis supersunt. Chorus dixit curam vexare animum suum, vehementer se sperare non ratam futuram suam opinionem. Hoc tamen alere sollicitudinem *quod nimiam sanitatem, sive fortunam nimis secundam, morbos, calamitates, vicinas habere sciat.* Verba haec sunt:

μάλα γέ τοι τὸ τᾶς πολλᾶς ὑγιείας  
ἀκόρεστον τέρμα· νόσος γὰρ ἀεὶ<sup>1</sup>  
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει,

καὶ πότμος εὐθυπορῶν—  
 ἀνδρὸς ἐπαισεν ἄφαντον ἔρμα.  
 καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων  
 κτησίων ὅκνος Βαλὰν  
 σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου,  
 οὐκ ἔδυ πρόπτας δόμος  
 πημονᾶς γέμων ἀγαν,  
 οὐδὲ ἐπόντισε σκάφος.

Ita hos versus scripsit Dindorfius in ed. Va Scenicorum. — Omnibus autem criticis textus corruptus videtur. Nullus vero tam severe de eo iudicavit quam Wecklein, qui in *Stud. Aeschyl.* p. 127 de hoc loco agens totam strophen esse interpolatam contendit, cuius certa tantum maneant haec: μάλλα τοι . . . τέρμα νόσος γὰρ . . . δικτοιχος ἐρείδει . . . καὶ πότμος εὐθυπορῶν ἀνδρὸς ἐπαισεν ἄφαντον ἔρμα· καὶ τὸ μὲν κτέ. Putat autem hanc fere fuisse sententiam: „*Und wenn das Glücksgut eines Mannes auf einer Sandbank aufgefahren ist, braucht man nur einen Theil der Ladung über Bord zu werfen; der Verlust ist nicht unersetzblich. Unersetzblich aber ist ein Menschenleben*“ cet. — Hie vero criticus subicit Aeschylo sententiam quam certe poeta, ubi iisdem verbis usus est, minime huic imagini tribuit. Perit navis quae celeri cursu utens in scopulos incurrit; hinc chorus quoque fortunam nimis secundam metuit, quod saepissime inde nascantur calamitates, quae perdant hominem. Ceterum quamquam non omnia admodum perspicua esse videmus, non tamen desperandum esse puto. Hanc enim sententiam verbis subesse ex illis quae sana supersunt effici potest: „*For-*

*tunam nimis prosperam saepe comitantur calamitates;*  
*navi maioribus oneribus onustae periculum imminet*  
*ne submergatur, sed cautus navigator partem proicere*  
*potest ut totum servet navigium. Cum vero*” sqq. Puto  
 ergo poetam prioribus versibus usum esse metaphora  
 qua hominis nimia fortuna comparatur cum nave celeri  
 cursu labenti, posterioribus vero loquitur de nave nimis  
 magno onere impleta. Haec res, me iudice, minime mira  
 est, nec poctices legibus contraria. Quid enim, una ima-  
 gine ad finem perducta, impedit poetam quominus ad  
 alteram transeat? — Prior imago pertinet ad illustrandam  
 sententiam praecedentem, posterior ad indicandam rem  
 sequentibus oppositam. Quod ad lectionem horum versuum  
 attinet, de reliquorum emendatione desperans, legendum  
 puto vs. 1007: οὐκ ἔδυ πρόπτεις δύμος πλησμονᾶς γέμων ἀγαν. Quod enim editur e Victorii correctione πημονᾶς (libri ex-  
 hibent πημανᾶς) totam imaginem pessime corruptit. Ad  
 sententiam, quam poeta his versibus pronuntiavit, confe-  
 rendi sunt editores et quae contulerunt, quibus accedat  
 Horat. *Carm.* II 10 in fine: *Rebus angustis animosus*  
*atque fortis appare. Sapienter idem contrahas vento*  
*nimium secundo Turgida vela, et quae ad h. l. citarunt*  
*editores. Praeterea huc referri potest Euripidis fragm. 81:*

Φεῦ Φεῦ, τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ πάσχει πάσα.

Et eiusdem fragm. 964:

τῶν ἀγαν γὰρ ἀπτεται  
 θεδε, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφείς έρ.

Fragmentum Tragic. Anonym. 187:

καὶ τοῦτο τοῦπος ἔστιν ἀνδρὸς εὔφρενος·  
ὅταν καλῶς πράσῃ τις, ἐλπίζειν κακό.

et fr. 245 τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει Φόβον,  
καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον κυρεῖ,  
οὐδὲ ἀσφαλές πᾶν ὕψος ἐν θυητῷ γένει,  
ἢ περιέτρεψεν ἢ χρόνος τις ἢ Φθόνος,  
ἐπήν (cum Nauckio leg. δταν) τις ἐπ' ἄκρον  
τοῦ καλῶς πράσσειν δράμη κτέ.

Ex ipso Aeschylo huc pertinet Sept. c. Theb. vs. 769:

πρόπτερυμα δ' ἐκβολὴν Φέρσι  
ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν ὅλβος ἀγαν παχυνθεῖσ.

Est eadem et sententia et, ut puto, metaphora e navigatione petita. Postquam chorus de belli periculis querellas effudit, transit ad causam metus sui, ne omnis civitas una cum regibus intereat. Oedipus enim, pater regum, nimis fortunatus visus erat; hinc casus eius eo gravior fuit. Est trita illa sententia de qua iam vidimus. Nulla locus premitur difficultate, nisi quod de unius vocabuli vi quaeritur, nempe quid sibi velit ἐκβολή. Veteres interpretes hoc vocabulum omnes de *iactura bonorum* acceperunt. Blomfield comparat cum alios locos tum ipsos versus ex Agamemnone, de quibus egimus. Non tamen hanc interpretationem veram esse puto, ille enim qui iacturam facit non necessario perit; hic vero chorus loquitur de *interitu urbis*:

δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσι μὴ πόλις δαμασθῇ.

Wecklein πρόπτερυμα non bene dici putans, mutavit hoc vocabulum in πρόπτερυν et ἐκβολὴν de *arbore* quae exciditur

intellegit. Hanc tamen coniecturam, quamquam specie se commendare videtur, audacem equidem putem, ea de causa, quod ἐκβολά nusquam tali significatione usurpatum esse vidi, nec Wecklein locum unum addit, ubi eo sensu occurrat. De *iactura* contra saepius eo usi sunt auctores Graeci. Lucian *de Merc.* 1, Dem. 35, (vide Lexica). Ego autem cogitaveram de alia significatione, quae occurrit Eurip. Iphig. Taur. 1224, ubi numero plurali de *nave in litus eiecta* dicitur. Tum sententia haec esset: „*Fortuna nimis secunda affert calamitates (efficit ut navis praeceps in scopulum eiiciatur)*“.

Iam supra citavi Eumenid. vs. 550 sqq., qui versus diligentius explicandi sunt:

ἐκὼν δ' ἀνάγκας ὅτερ δίκαιος ἀν οὐκ ἀνολβός ἔσται,  
πανώλεθρος δ' οὕποτ' ἀν γένοιτο.  
τὸν ἀντίτολμον δέ Φαμι παρβάταν  
—τα πολλὰ παντόφυρτ' ἀνευ δίκαιος  
βιαλιας σὺν χρόνῳ καθήσειν  
λαῖφος, ὅταν λάβῃ πόνος θραυσμένας κεραιάς.  
καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐδὲν ἐν μέσᾳ δυσπαλεῖ τε δίνῃ.  
γελᾷ δὲ δακίμων ἐπ' ἀνδρὶ θεριῷ,  
τὸν οὕποτ' αὐχουντ' ίδῶν ἀμαχάνοις  
δύσαις λαπαδνὸν οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκρων. —  
δι' αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν δλβον  
ἔρματι προσβαλὼν δίκαιος ἀλετ' ἀκλαυτος, φετος.

Chorus impios interituros esse praedicans eos comparat cum nautis, qui divitiis iniusto modo conquisitis navem suam impleverunt, deos contemnentes. Tempestatibus vero irruentibus, deorum quos spreverunt auxilio destituti, in

scopulum Iustitiae impinguntur et cum suis fortunis submerguntur. Allegoria magis perfecta erit si παρβάτων (in Cod. est παριβάδαν, παρβάταν Hermanni est coniectura, quam Dindorfius recepit) cum Meinekio in Βαρίβων i. e. nauta (vid. Sophocl. fragm. 453), aut in ναυβάτων mutatum fuerit. Nam παρβάτων, quod nunc legitur, nihil aliud est quam interpretamentum vocabuli ἀντίτολμος, quod etiam violatorem Iustitiae significat; ναυβάταν vero, vel certe tale quid, requiri ex totius loci sententia patere existimo. Lacunam ante τὰ πολλὰ rectissime Weilium explevisse mihi persuasum est, restituentem, quod iam ante eum viderat Pauwijs, ἔγοντα. Illum nautam chorus existimat mox vela contracturum esse cum antennae frangantur et appellat *socios* nihil audientes. Nam de his loquitur non de *diis*, ut scholiastes putavit. De dico autem versibus sequentibus loquitur, dicens eum ridere hominem superbum, quem videat non amplius superbientem, (quo loco legendum est οὐκέτι, quod Schützius ex coniectura Heathii in textum recepit), sed conflictatum calamitatibus, cum non possit *supra fluctus currere* et effugere. Eadem imaginem adhibuit Euripides fragm. 232:

οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν  
δυνάμεσθ· ἔτι γὰρ θάλλει πενία,  
κακὸν ἔχθιστον, Φεύγει δὲ διάβος.

Conferendus est quoque Lucianus in libro, cui titulus est: *Quomodo Historia Scribenda sit* 45: δεήσει γὰρ τότε ποιητικοῦ τινος ἀνέμου ἐπισυράσσοντος τὰ ἀκάτια καὶ συνδιέσαντος ὑψηλὴν καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν κυμάτων τὴν νεῦν. Pro ἀκάτιοι legendum puto *iustitia*. Conf. eiusdem *Iupiter Tragoed.* 49:

πλησίστος ἐπὶ τὴν νίκην φέρεται, et de Domo 12 καὶ μάλιστα, εἰ βλέποι τὴν μὲν αὔραν καύφως ἐπουριάζουσαν τὴν δθόνην, τὴν δὲ ναῦν προσήγως τε καὶ λείας ἐπὶ ἄκρων ἥρεμα διολισθάνουσαν τῶν κυράτων.

Vocabulo ἄκρα significatione scopuli utitur Theognis, qui illam metaphoram adhibens vs. 619 sq. canit:

πόλλ' ἐν ἀμυχανίῃσι καλινδομαι ἀχνύμενος κῆρ.  
ἄκρην γὰρ πενίης οὐκ ὑπερεδράμομεν.

Apud tragicos illi, qui participes sunt malorum, σύμπλοι dicuntur. Aeschylus quoque exemplum adhibet *navigantium in una nave*, de iis qui eadem sorte utuntur, unde fiat, ut boni una cum malis saepe intereant.

Locus, quem volo, est ex Sept. c. Theb. Postquam nuntius descripsit Amphiaraum, Eteocles de eius sorte queritur, quem, cum ipse bonus sit, sed fortuna iniqua coniunctus cum pravis hominibus, cum his interitum esse existimat.; deus enim malos cum bonis eodem interitu comprehendit.

Sunt autem versus 597 sqq.:

φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος δρυίδος βροτοῖς  
δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστάτοις.  
ἐν παντὶ πράγματι δ' ἐσθ' ὁμιλίας κακῆς.  
κάκιον οὐδὲν, καρπὸς δὲ ἀσύμφορος.  
ὣς γὰρ ξυνεσθὰς πλοῖον εὔσεβῆς ἀνὴρ  
ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίαις πλέψει  
ὅλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει,  
ἥξεν πολίταις ἄνδροσιν δίκαιος ἀν  
ἔχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσιν  
πληγεῖς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη.

ταύτοι κυρῆσας ἐκδίκοις ἀγρεύματος,  
οὕτως δὲ μάντις, νὶὸν Οἰκλέους λέγω,  
σώφρων, δίκαιος, ἀγαθός, εὐσεβὴς ἀνήρ,  
μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγεῖ,  
θρασυστόμοισι ἀνδράσιν βίᾳ φρενῶν;  
Διὸς θέλοντος ἔνυκαθελκυσθήσεται.

Hi versus comparatione satis trita continent sententiam vulgarem cuius plura exempla adiungere liceat. Huc pertinet Eurip. Electr. vs. 1354 sq.:

οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω  
μηδὲ ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω.

Conf. quoque Eurip. fragm. 848:

ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,  
δόδ' ἔστι καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.  
ὅστις δὲ τῷ Φύσαντε μὴ τιμᾶν θέλῃ,  
μή μοι γένοιτο μήτε συνθύτης θεοῖς,  
μήτ' ἐν θαλάσσῃ κοινόπλοιου στέλλαι σκάφος.

Horatius candem imaginem adhibuit in notis illis *Carm. II 3* vs. 26 sqq. „*Vetabo, qui Cereris sacrum vulgarit arcanae, sub isdem sit trabibus, fragilemve mecum Solvat phaselum;*” Saepe *Diespiter Neglectus incesto addidit integrum*, ubi vide quae adnotavit Peerlkamp.

Denique cum sententia horum versuum convenient haec verba Euripidis in *Supplicibus*, quibus Theseus Adrasto reprobat quod suas filias in matrimonium dederit viris iniustis et improbis, quo facto domum suam ex fortuna, qua gauderet antea, detruserit; vs. 226 sqq.:

κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος  
τοῖς τοῦ νοσοῦντος πῆμασιν διάλεσε  
τὸν οὐ νοσοῦντα κοῦδὲν ἥδικηκότα.

Ut mala et calamitates hominum a poetis cum *temperatibus* et *maris fluctibus* comparantur, sic saepius *portus* dicitur terminus malorum. Vocabulum *portus* nunquam in tali metaphora apud Aeschylum vidi, non vero dubitandum est quin res menti poetac obversata sit in Prom. vs. 183, sq.:

πᾶ ποτε τῶνδε πόνων  
χρὴ σε τέρμα κέλσαντ' εἰσιδεῖν.

Similibus fere verbis Prometheus conquestus erat suam sortem deplorans vs. 97 sqq.:

Φεῦ Φεῦ τὸ παρὸν τὸ τ' ἐπερχόμενον  
πῆμα στενάχω, πῆ ποτε μόχθων  
χρὴ τέρματα τῶνδ' ἐπιτεῖλαι;

an forte legendum est versu ultimo χρὴ τέρματι τῶνδ' ἐπικέλσαι? Denique ex navigatione sumta est metaphora, quam legimus eiusdem tragoediae vs. 883 sq., ubi Io de suo furore querens:

ἔξω δὲ δρόμου Φέρομαι λύσσης  
πνεύματι μάργῳ.

Quam metaphoram illustrare possunt haec Pindari Pyth. XI 38:

ἢ β., ὦ Φίλοι, κατ' ἀμενσιπόρους τριόδους ἔδινάθην  
δρθὰν κέλευθον ἵων τὸ πρίν. ἢ μέ τις ἀνεμος ἔξω πλόου  
ζέβαλεν, ὃς ὅτ' ἀκατον εἴναλικν.

et Herodot. VI 12, ubi Iones de se ipsis dicunt: αἴτινες

παρεφρονήσαντες καὶ ἐκπλάσαντες ἐκ τοῦ νόου ἀνδρὶ Φωκαῖι  
ἀλλαζόντι..... ἐπιτρέψαντες ἡμέας αὐτοὺς ἔχομεν et III 55:  
κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν Φρεγῶν σεαυτὸν διαφθείρας.

SOPHOCLES quoque, quamquam pauciora, nonnulla tamen praebet exempla, quae ad hoc genus translationum pertinent.

In Antigone Ismene dicit se participem fuisse sepulturae fratris, ob quam Antigone accusatur. Negat Antigone, tum illa vs. 541 sq.:

ἀλλ' ἐν πακοῖς τοῖς σείσιν οὐκ αἰσχύνομαι  
ξύμπλουν ἐμκυτῆν τοῦ πάθους ποιουμένη

imagine usa, cuius iam plura contulimus exempla ad Aeschyli Sept. c. Theb. vs. 597 sqq. et ex Euripide mox aliquot videbimus.

In metaphora e re naval i petita versatur poeta Oed. R. vs. 422 sq., ubi Tiresias Oedipo denuntiat eius calamitates et scelus mox cognitum iri:

ὅταν παταισθῇ τὸν ὄμέναιον δὲ δόρυς  
ἄνορμον εἰσέπλευσας, εὐπλοίας τυχάν;

Oedipi coniugium cum Iocasta comparatur cum *portu infausto, in quem secundo vento invectus sit*. De illis qui celeriter in interitum currunt cf. Aristoph. Thesmoph. vs. 1226, Aeschyli Sept. c. Theb. vs. 690. Festive Theognis de uxore infideli vs. 461:

πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Quem locum Theophilus comoediae mediae poeta imitatus est in fragmento Neoptolem. I, quod legimus apud Meinekium 3, 628.

οὐ σύμφορον νέα στὶ πρεσβύτη γυνή·  
ἄσπερ γὰρ ἀκατός οὐδὲ μικρὸν πείθεται  
ἐνὶ πυδαλίῳ, τὸ πεῖσμ’ ἀπορρίξασκ δὲ  
ἐκ νυκτὸς ἔτερον λιμέν’ ἔχουσ’ ἐξηνορέθη.

Versu primo *σύμφορον* scripsi ex emendatione v. cl. van Herwerden, qui contulit *Theogn.* vs. 457. vid. *Analect. crit.* p. 45.

Aliam partem eiusdem rei respicit metaphora quam legimus *Electr.* vs. 335, ubi Chrysothemis sorori id facere suadet quod ipsa facit:

νῦν δ’ ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένη δοκεῖ.

ὑφειμένη πλεῖν est ὑφειμένοις τοῖς ιστίοις πλεῖν, quod apud Plutarchum *Vit. Lucull.* c. 3 occurrit; cf. Eurip. *Or.* 607 ὑποστέλλεσθαι. Lepide Aristophanes *Equit.* vs. 432:

ἔγώ δε συστείλας γε τοὺς ἀλλάντας εἰτ’ ἀφῆσω  
κατὰ κῦμα ἐμαυτὸν οὖρον, κτέ.

Vide Demosth. orat. 1 6; 4 51, Isocrates 8 41; et quae laudarunt editores ad hos locos. Quod ad sententiam attinet comparandi sunt Antigon. vs. 715 sqq., ubi Haemon patrem monet ne insolentius se gerat:

αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατὴ πόδα  
τείνως ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω  
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν νυκτίλλεται.

Pro λοιπὸν G. Hermannus coniecit *πλοῖον*, quod probavit Schneidewinus, nec tamen in textum receperunt editores. Quod autem ad hanc emendationem attinet, quam probabilem esse puto, apte conferri potest eiusdem generis transpositio literarum in Lysiae *Or.* XXXII 13, ubi legebatur

ἔξελιπε, sed Taylor cum omnium applausu oratori reddidit  
ἔξεπλει.

Ille qui malis vexatur dicitur in fluctibus iactari: σο-  
λεύειν. Hanc metaphoram, qua Sophocles usus est de  
civitate, applicuit idem ad homines. Legimus enim de  
Electra in cognomine fabula vs. 1074 sqq. haec chori verba:

πρόδοτος δὲ μόνα σκλεύει  
'Ηλέκτρα, τὸν ἀεὶ γόνον  
δειλαῖα στενάχουσ' ὅπως  
ἀ πάνδυρτος ἀηδῶν.

Multis locis EURIPIDES res humanas illustravit compa-  
rationibus et metaphoris eius generis, de quo agimus.

Vita cum navigatione comparatur Heracl. vs. 427 sqq.:

ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλαισιν, οἵτινες  
χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος  
ὡς χεῖρα γῆ ξυνῆψαν, εἴτα χερσόθεν  
πνοαῖσιν ἥλαθησαν ἐς πόντον πάλιν.  
οὕτω δὲ χήμετες τῆσδε ἀπωθούμεσθα γῆς  
ἥδη πρὸς ἀκταῖς ὄντες ὡς σεσωσμένοι.

qui versus in memoriam revocant Helen. vs. 405 sqq., ubi  
Menelaus has querelas effundit, quod in patriam redire  
sibi non detur:

χάταν ἐγγὺς ὦ πάτρας,  
πάλιν μὲν ἀπωθεῖ πνεῦμα, κοῦποτ' αὔριον  
εἰσῆλθε λαῖφος, ὥστε μὲν ἐς πάτραν μελεῖν.

Exempla ex re navalii sumvit Androm. vs. 479 sq.:

πνοαὶ δὲ ὅταν Φέρωσι ναυτίλους θοαί,  
κατὰ πυδαλίων διδύμα πρωπίδων γυνάμα

σοφῶν τε πλῆθος ἀθρόου ἀσθενέστερου  
Φαυλοτέρας Φρενὸς αὐτοκρατοῦς  
ἐνός, κτέ.

Ubi probare conatur unum, eumque non doctissimum virum, plus valere in regenda republica aut familia quam multitudinem hominum sapientium. Contrariam vero quandam sententiam profert fragm. 768, ubi legimus:

ιαῦν τοι μί δύκωρ' οὐδαιμοῦ σφέσι φιλεῖ  
ώς τρεῖς ἀφέντι, προστάτης θ' ἀπλοῦς πόλει  
σφαλερός, ὑπὸν δὲ κάλλος οὐ κακὸν πέλει.

Aliud exemplum huius generis legimus Troad. vs. 686 sqq., ubi Hecuba de sua desperatione canit:

ικύταις γὰρ ἦν μὲν μέτριος ἢ χειρῶν φέρειν,  
προθυμίαν ἔχουσι σωθῆναι πόγων,  
οἱ μὲν παρ' οἰσχῷ, οἱ δὲ ἐπὶ λαιφεσι βεβώσ,  
οἱ δὲ ἄντλον εἴργων οὐδες· ἦν δὲ ὑπερβάλῃ  
πολὺς ταραχθεὶς πόντος, ἐνδόντες τύχη  
παρεῖσαν αὐτοὺς κυράτων δρομήμασιν.  
οὕτω δὲ κάγῳ πέλλα ἔχουσα πήματα  
ἀφθογγός εἴκι καὶ παρεῖσ' ἐώ στόμα·  
νικῇ γὰρ οὐκ θεῶν με δύστηνος κλύδων.

Metaphoram, qua vita humana cum navigatione comparata est, legimus Troad. vs. 98 sqq., ubi Hecuba se ipsam admonet ut aequo animo ferat fortunam adversam:

άνα, δύσδαιμον, πεδόθεν κεφαλὴν  
ἐπαειρε δέρην τ· οὐκέτι Τροία  
ταῦτε καὶ βασιλῆς ἐτμεν Τροίας.  
ιεταβλλομένου δαιμονος ἀνέχου.

πλεῖ κατὰ πορθμὸν, πλεῖ κατὰ δαίρην,  
μηδὲ προσίστη πρῷραν βιότου  
πρὸς κῦμα πλέουσα τύχαισι.

Ita Dindorfius haec verba scripsit. Nauckius vero distinxit post κεφαλήν, omissa vocula τε post δέρην, quam Hartungius posuerat. Pro προσίστη vs. 103 idem ex Cod. MS. reposuit προσίστω, quod fortasse illi praeferendum est, quia se ipsam monet ne se opponat rebus adversis, unde formam medium hic meliorem esse puto. Ceterum verba sunt perspicua; unum tantum minus solitum: πλεῖ κατὰ πορθμόν, quod vertunt: *naviga secundum fretum*, idem significare putantes ac πλεῖν κατὰ δέρην. Tum quoque πρῷρα βιότου hoc mirum habet, quod ipsa vita comparatur navi, quam imaginem nusquam alibi repperi. Quod autem ad metaphoram attinet conf. Eurip. fragm. 284 vs. 7, ubi dicit de athletis:

οὐδὲ αὖ πένεσθαι καὶ ξυνηρετεῖν τύχαις  
οἴοι τε.

Sententia loci laud. Troad. admodum est vulgaris. Conferri possunt Aeschyli Prom. vs. 104, Eur. Fragm. 507 et, quod ex Plutarcho Dindorfius adscripsit, fr. 956. Ex poetis Latinis Seneca Oed. vs. 980 sqq.: „*Fatis agimur, cedite fatis, non sollicitae possunt curae, mutare rati stamina fusi.*” Aliam metaphoram huc pertinentem legimus Ion. vs. 925 sqq.:

ὦ θύγατερ οἴκτον σὸν βλέπων ἐμπίμπλακαι  
πρόσωπον, ἔξω δ' ἐγενόμενη γνώμης ἐμῆς.  
κακῶν γὰρ ἄρτι κῦμ' ὑπεξαντλῶν Φρενὶ,  
πρύμνηθεν αἴρει μὲν ἄλλο σῶν λόγων ὅποι,  
οὐδὲ ἐκβαλοῦσα τῶν παρεστάτων κακῶν  
μετῆλθες ἄλλων πημάτων κακὰς ὁδούς.

Hic locus laborat difficultatibus quibusdam; non dubito, quin Nauckius recte scripserit in adnotatione critica, quam praemisit textui ed. 2. Teubn.: vs. 927—929 *sunt obscuri et corrupti.*" Quomodo vero locus sanandus sit nec ille dispexisse videtur nec ego coniicere ausim. Versum autem sequentem Kirchhoffius sic restituere conatus est:

ώς μ' ἐκκαλοῦσα τῶν παρεστάτων κακῶν.

Quam emendationem non probat vir cl. v. Herwerden, quia verbum ἐκκαλεῖν non satis aptum videtur. Eo iudice, collato ἐκβολή, quod apud Thuc. I 79 et alibi est *digressio*, ἐκβάλλειν fortasse significat *digredi*. Ita nihil mutandum foret nisi οὐς in ὡς vel οἵς, quo facto sententia esset perspicua. Vid. ed. Ion. p. 187 sq.

Huc quoque pertinet metaphora, quam legimus Med. vs. 277 sqq.:

αἰαι· πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαί,  
ἐχθροὶ γὰρ ἔξιασι πάντα δὴ κάλων,  
κούκι ἔστιν ἄτης εὑπρόστοιτος ἐκβασίς.

Medea hoc loco se fugientem fingit navem hostium, qui omnia vela pandunt ut ipsam consequantur, neque se videre dicit portum in quem refugiat. Ad secundum horum versuum, qui proverbium continet fere simile nostro *alle zeilen bijzetten*, confer Aristoph. Eqq. vs. 756, quem locum Cobetus, adhibito hoc quoque versu, emendavit in Mnesyne *Nova Serie II* p. 357. Conferatur etiam Eurip. Herc. Fur. vs. 837 ubi Iris, Iunonis verbis, Rabiem adhortatur ut perdat Herculem:

ἔλαυνε, κίνει, Φόνιον ἔξει κάλων  
i. e. „ad caedem eum compelle.”

In vers. 279 Med. voc. εὐπρόσοιστος offendit Nauckium, qui coniecit legendum esse εὐπρόσωπος. Mutatione vero non opus esse putaverim; ἐκβασις enim hic idem significare potest quod λιμήν, quo nomine Tragici saepius in metaphoris usi sunt; εὐπρόσοιστος tum idem est quod Pollux I. 100 vocat: εὐπροσόρμιστος, εὐπρόσθος. Si coniectura indigeremus facilius adducerer ut crederem scribendum esse: κούκληστον ἀτης εὐπορός τις ἐκβασις vel οὔριος τις ἐκβασις, ut legimus Herc. Fur. vs. 95 sq.:

γένοιτο τὰν, ὡς θύγατερ, οὔριος δρόμος  
ἐκ τῶν παρόντων τῶνδε ἐμοὶ καὶ σοὶ κακῶν.

Ceterum cum versu 279 Med. conferri potest Hom. Od. ε 410 sqq., ubi ea res proprie descripta est, quae hic Tragico metaphoram adhibenti menti obversabatur.

Sententiae notissimae, cuius plura exempla vidimus ad locum Aeschyli Agam. vs. 1000 sqq., mentionem quoque facit Euripides imagine utens ex re navalii petita Orest. vs. 340 sqq.:

ὁ μέγας ὅλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς·  
ἀνὰ δὲ λαῆφος ὡς τις ἀκάτου θοᾶς τινάξας δχίμων  
κατέκλυσεν δεινῶν πόνων, ὡς πόντου  
λάθραις δλεθρίοισιν ἐν κύμασιν.

i. e. *Magnaes opes non stabiles sunt inter homines: sed deus, (qui dat secundam fortunam) ut celeriter currentis navigii nauta, velum pandit et ita hominem demergit, gravium aerumnarum, tamquam ponti, saevis exitialiibus in undis. Verbum ἀνατινάσσειν non significat, ut non nulli vertunt, concutere sed ἀνατινάσσειν λαῖφος hic idem*

esse quod ἀνατείνειν, ἀνιέναι ιστία, tota comparatio probat, ad quam illustrandam vide quae attulimus ad Aeschyli ll.

De contrahendis velis loquitur poeta in alia comparatione, quam legimus Mod. vs. 522 sqq.:

δεῖ μ', ὡς ἔσιπε, μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,  
ἀλλ' ὅστε ναὸς κεδύνην σίκνοστρόφου  
ἄκροισι λαΐφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν  
τὴν σὴν στόμαργον, ὃ γύναι, γλωσσαλγίαν.

Quibus verbis Iason respondere aggreditur ad Medae criminacionem. Sententiam sic vertendam esse duco: *ut bonum navis gubernatorem me decet, margine tantum veli utentem, tuam loquacem malignitatem effugere; ita ut loquacem malignitatem comparaverit cum vento navem ad interitum impellenti, quem nautae velis contractis effugere possint. Similem metaphoram Senecam adhibere videmus in libro de Tranquillitate IX: Non potest, inquam, tanta varietas et iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat magna armamenta pandentibus: cogenda in artum res sunt, ut tela in vanum cadant.*

Ad vs. 523 editores iam contulerunt Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 62, qui locus fortasse Euripidis menti obversatus est; ad vs. 524 sq., Aristoph. Ran. vs. 997 sqq., ubi Chorus Aeschylum cum Euripide contendentem adhortatur his verbis:

ἀλλ' ὅπως, ὃ γεννάδα,  
μὴ πρὸς ὄργὴν ἀντιλέξεις,  
ἀλλὰ συστελλας, ἄκροισι  
χρώμενος τοῖς ιστίοις,

εἴτα μᾶλλον μᾶλλον ἀξεῖς,  
καὶ Φυλάξεις,  
ηνίκ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖου  
καὶ καθεστηκός λέβυς.

Vid. quae diximus de *ira*, *superbia*, cet. cum *vento* comparatis pag. 44 sqq. Quibus hoc loco haec addenda sunt. *Se ipsum* cum *vento leniter spiranti* comparat Peleus in Androm. vs. 554, qui nepotis miseram uxorem consolaturus haec choro dicit:

πρῶτον μὲν οὖν κατ' οὔρον, ὥσπερ ἴστιοις,  
ἔμπνεύσομαι τῷδ'.

Vertunt: *Primum quidem secundo vento, tamquam velis,*  
*hunc adspirabo.* Quam versionem equidem rectam esse  
puto; hoc tamen bene tenendum videtur, formulam κατ'  
οὔρον non dictam esse solito modo, cum Graeci dicere  
consuerint κατ' οὔρον πλεῖν, secundo vento navigare vel ἔειν,  
non ut hic legimus κατ' οὔρον ἔμπνεῖν. Cf. verbum κατωρίζειν  
Soph. Trach. vs. 828. Ceterum cum hoc loco conf. Phoeniss.  
vs. 1710 sqq., ubi Antigone haec Oedipo:

Ἅντες Φυγὰν τάλαινχν· ὅρεγε χεῖρα φίλαν  
πάτερ γεραιέ, πομπίμαν  
ἔχων ἔμ', ὥστε ναυσίπομπον αὔραν.

Cum voc. ναυσίπομπος cf. Homericum οὔροι πομπῆς Od.  
δ 360, Pindari οὔρος πομπαῖς Pyth. I 34. Eurip. Hecub.  
vs. 1289 πνοὰς πομπίμους.

Quod ad imaginem attinet conf. Hylli verba Sophoc.  
Trachin. vs. 815 sq., de matre Deianira, dolorum patris  
effectrice, chorum monentis:

εἴτε ἀφέρπειν· οὗρος ὁ φθαλμῶν ἐμῶν  
αὐτῇ γένοιτ' ἀπωθεν ἐρπούσῃ καλός.

*Amici cum socio itinerary comparati exempla legimus apud Euripidem in pulcherrima illa parte Iphig. Taur., ubi Orestes et Pylades contendunt, uterque ut ipse interficiatur. Orestes autem vs. 599 sq. dicit: „gravissimum mihi esset si hic interficeretur:*

ὅταν στολῶν γάρ εἰμ' ἔγώ τὰς συμφοράς  
οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μάχην χάριν.

Lucianus, qui hunc locum citat, *Amores* 47, quoque dicit de Oreste et Pylade: ὡς ἐφ' ἐνδεικάφους τοῦ βίου συνέπλευσαν.

Eodem fere modo Theseus loquitur Herc. Fur. vs. 1225 sqq., ubi ait:

χάριν γηράσκουσαν ἔχθαιρω φίλων  
καὶ τῶν καλῶν μὲν δύτις ἀπολαύειν θέλει,  
συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι δυστυχοῦσιν οὖ.

Finem malorum cum portu comparari iam apud Aeschylum et Sophoclem vidimus. Amicus quoque fidelis tamquam *portus* est homini, qui in *mari malorum* iactatur. Apud Euripidem hanc translationem legimus Androm. vs. 891, ubi Hermione Orestem appellat:

ὦ νυκτίλοισι χείματος λιμὴν Φανεῖς.

Eadem metaphora vs. 748 sq. huius fabulae Peleus Andromachen adloquitur:

σύ τ', ὦ τάλαινα· χείματος γάρ ἀγρίου  
τυχοῦσα λιμένας ἥλθες εἰς εὐηνέμους.

Medea vs. 768 sqq. cognominis fabulae de Aegeo dicit:

οὗτος γάρ ἀνὴρ οὐ μάλιστ' ἐκάμνομεν  
λιμὴν πέφανται τῶν ἔμῶν βουλευμάτων.  
ἐκ τοῦδ' ἀναφόμεσθα πρυμνήτην κάλων.

Interpretes ad hunc locum iam contulerunt Herc. Fur. vs. 476 sqq., ubi Megara liberos adloquitur, quos Lycus interfectorus est:

ἔγώ δὲ νύμφας ἡροθίνιαζόμην,  
κῆδη συναψουσ', ἐκ τ' Ἀθηναίων χθονὸς  
Σπάρτης τε Θηβῶν θ', ὡς ἀνημένοι κάλψ  
πρυμνησίσι βίον ἔχοιτ' εὐδαιμονία.

Quod vers. 477 Kirchoffius coniecit *συνάπτουσ'* pro futuro *συνάψουσ'* non probandum videtur; liberi nondum matrimonium inierant et Megara tantummodo, putans talibus coniugiis firmum fore fortunae statum, elegerat iis uxores Athenis, Spartae, Thebis, quibuscum aliquando matrimonium inire possent. Quomodo autem imaginem interpretetur? Evidem puto ex Med. vs. 768 sq. apparere hunc locum ita explicandum esse ut verba ἐκ τ' Ἀθηναίων χθονός, Σπάρτης et Θηβῶν pondeant ex ἀνημένοι κάλψ: „ut vitam haberetis felicem ex terra Atheniensium Sparta, Thebis pendentes, ut naves quae funibus adligatae sunt.” Metaphoram, de qua agimus, quoque adhibuit Plutarchus *de Fortuna Romanorum* cap. 2, ubi Romam vocat πᾶσιν ἀνθρώποις ἔστιαν ἱερὰν ὡς ἀληθῶς, καὶ ὄντοιδώραν, καὶ πεῖσμα μόνιμον, καὶ στοιχεῖον ἀΐδιον, ὑποφερομένοις τοῖς πράγμασιν ἀγκυροβόλιον σάλου καὶ πλάνης. Cf. Cicero *de Officiis* II c. 8 qui senatum dicit: *Regum, populorum, nationum portus et resugium.* Quod ad Plutarchi locum attinet, animadver-

tenda est loquendi forma ὑποφέρεσθαι τοῖς πράγμασι, quae verba significant *vehi rebus* vel *casibus*, metaphorā ex re navalī petita; conf. Lucian. *Necyomant.* 9 μέχρι μὲν τινος ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ, εἰτα δ' ἐσεπλεύσαμεν ἐς τὸ ἔλος καὶ τὴν λίμνην ἐς ἦν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται.

Redeamus ad Euripidem. De *homine maligno et infesto* utitur adiectivo ἀλίμενος Cycl. vs. 347 sqq., ubi Ulisses sic queritur:

αἰαῖ, πόνους μὲν Τρωικοὺς ὑπεξέδυν  
θαλασσίους τε, νῦν δ' ἐς ἀνδρὸς ἀνοσίου  
γνώμην πατέσχον ἀλίμενον τε καρδίαν.

Eodem vocabulo utitur in comparatione quam legimus Hecub. vs. 1024 sq.:

οὕπω δέδωκας, ἀλλ' ἵσως δώσεις δίκην·  
ἀλίμενόν τις ὡς εἰς ἀντλεῖν πεσῶν.

Voc. ἀντλεῖ, quod aliis locis *sentinam* significat, hic, ut videmus, pro *mari* positum.

*Portum infaustum* appellat infelicem rerum exitum chorus Hippol. vs. 140, qui dicit de Phaedra:

κρυπτῷ πάθει θανάτου θέλουσαν  
κέλσαι ποτὶ τέφρα δύστανον.

In fragm. Tragicorum Anonym. 142 legimus:

ἔλκει γὰρ ἥδη θυμός, οὐδ' ἔτ' ἀντέχει  
θινῶδες ὡς ἄγκιστρον ἀγκύρας σάλω.

et 143:

ναῦς δέ τις ἐκ μὲν γῆς ἀνήρτηται βρόχοις,  
πνεῖ δ' οὔρος, ἥμαν δ' οὐ κρατεῖ τὰ πείσματα.

Quae apud. comicos exempla occurunt iam pleraque

adduxi, quibus adde Philemonis fragm. Mein. 4, 30.

Apud THEOENTEM haec legimus: vs. 113 sq.:

μήποτε τὸν παῖδα ἀνδρα φίλον ποιεῖσθαι ἔταιρον  
ἄλλ' ἀεὶ φεύγειν ὥστε παῖδα λιμένα.

vs. 575 sq.:

οἵ με φίλοι προδιδοῦσιν, ἐπεὶ τὸν γ' ἔχθρὸν ἀλεῦμαι  
ὥστε καβερνήτης χοιράδας εἰναλίας

ubi v. cl. van Herwerden restituit ἐγὼ δὲ τὸν ἔχθρὸν κτέ.

Eandem prorsus imaginem legimus vs. 969 sq.:

ἔφην αἰνῆσαις πρὶν του κατὰ πάντα δαῖνον  
ὕθεα, νῦν δ' ἦδη ναῦς ἀθ' ἐκὰς διέχω.

vs. 1361 sq.:

ναῦς πέτρῃ προσέκυρσας ἐμῆς φιλότητος ἀμαρτῶν,  
Ὥ παῖ, καὶ σαπροῦ πείσματος ἀντελάβει.

Notum est vocabulum *εὐπλαια* de felici vitae cursu, unde verbum *εὐπλοεῖν*, quod ex emendatione Cobeti legitur in metaphora apud Stob. Floril. c. V 29:

τοῖς εὐπλωοῦσιν ἀντιπνεύσασ' ή τύχη  
τὰ πάντα συγχεῖ κατὰ ναυαγεῖν παιεῖ.

Multa quoque ex PLATONE huc referenda sunt. *Vitam humanam* cum *navigazione* comparat. Legg. VII p. 803: τὸν βίον ἀριστὰ διὰ τοῦ πλοῦ τούτου τῆς ζωῆς διακομισθησόμεθα. Cf. Alcib. II p. 146. *Ratio* cum *nave* comparatur Phaed. p. 85 D: τὸν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα, ἐπὶ τούτου ὁχούμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίαις κινδυνεύοντα διαπλεύσαι τὸν βίον. In Politic. p. 266 *rerum naturam* comparat cum *nave* quae regitur a Iove. Cf. Lucian. *Jupiter Tragoed.* 47.

*Sermonem* cum *navigazione* comparat Euthydem. p. 293

πᾶσαν ἥδη Φωνὴν ἡφίη, δεόμενος τοῖν ξένοιν, ὥσπερ Διοσκούροιν, (I. Διοσκόροιν) ἐπιπλασύμενος σῶται ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον ἐν τῇς τρικυμίδες τοῦ λόγου. Cf. Resp. V c. 17 p. 472, Phileb. p. 29 B χειριαζόμεθα γὰρ ἔντως ὅπ' ἀπορίας ἐν τοῖς νῦν λόγοις. Lach. p. 194 B. His et aliis locis sermonem cum mari comparat: Protag. p. 338 A: Πρωτηγόρων πάντα κάλαν ἐκτείναντα, οὐρίᾳ ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων ἀποκρύψαντα γῆν. Parmen. p. 137 πῶς χρὴ τηλικόνδε δύτα διανεῦσαι τοιοῦτο καὶ τοσοῦτο πλῆθος λόγων; ubi pro πλῆθος Ficinus legit πέλαγος, quod ex eius versione patet. Probarunt Heusdius aliquie, iniuria obloquente Heindorfio. Est enim πέλαγος elegantius et cum Platonis dicendi ratione magis convenire videtur. Cf. Phaedr. p. 264 A: ἀνάπταλιν διανεῦσαι ἐπιχειρεῖ τὸν λόγον. Denique Platonis lectoribus notissimum est proverbium δεύτερος πλοῦς, quod legitur Phaedon. p. 99 D τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τὴν τῆς αἵτιας ζήτησιν ἢ πεπραγμάτευμα, βούλει τοι, ἔφη, ἐπιδειξιν ποιήσωμα, ὡς Κέβης; ubi significat denuo. Alio sensu legitur Phileb. p. 19 C: ἀλλὰ καλὸν μὲν τὸ ξύμπαντα γιγνώσκειν τῷ σῷ φρονι, δεύτερος δὲ εἶναι πλοῦς δοκεῖ μὴ λανθάνειν αὗτὸν i. e. „secundo loco ponendum videtur se ipsum non latere.” Cf. Politic. p. 300 B.

Proverbium explicat Menander Thrasyll. II (Meineke 4, 139).

ὁ δεύτερος πλοῦς ἔστι δῆπον λεγόμενος,  
ἀν ἀποτύχῃ τις πρῶτον, ἐν κώπαισι πλεῖν.

Vid. Meinek. ad hunc locum, qui adnotat: „vs. 2 corrigunt τις οὐρίου, κάπαισι.” Cf. Eustath. ad Od. B 434, p. 1453, 18, quem locum citarunt editores ad Gregor. Cypr. II 21. Paroem. Gracc. p. 360.

Haec habebamus quae animadverteremus ad compara-

tiones et metaphoras ex re navalii petitas; multa vero praeterea vocabula et loquendi formae apud poetas Atticos ad eandem rem pertinent, quarum hic quoque brevem dabimus conspectum.

Ut mala et labores cum *maris fluctibus* comparantur, ita verbum ἀντλεῖν eiusque composita de laboribus exanclantis usurpantur a Tragicis. Sic ἀντλεῖν Aeschyl. Prom. vs. 375, ἀπαντλεῖν vs. 84. Euripid. Androm. vs. 1217 διαντλεῖν, cf. Herc. Fur. vs. 1373; ἀπαντλεῖν Orest. vs. 1641; ἐξαντλεῖν Cycl. vs. 10, 110, 282; συναντλεῖν Ion. vs. 200. Pindarus quoque hac dicendi forma usus est Pyth. IV 293 νοῦτον διαντλήσως. Voc. ἀντλία metaphorice usurpatum legitimus Aristoph. Pac. vs. 17.

Porro omnibus scriptoribus commune est vocabulum ὑπηρέτης, quod a verbo ἐρέσσειν formatum proprio significat: *sub gubernatore remigare*. Aeschylus eodem modo aliud nomen formavit ἀντηρέτης, quod legitur Sept. c. Theb. vs. 283 et 993; significat *adversarium*. Decompositum ξυνηρέτεῖν habet Sophocles Ai. vs. 1329, Euripides fr. 773 (ex Dobraei coniectura). Ipsum verbum ἐρέσσειν sensu metaphorico extat apud Aeschylum Sept. c. Theb. vs. 855 γάσιν κατ' οὔρον ἐρέσσετ' ἀμφὶ πρατὶ πίτυλον, et Pers. 1046, ubi de manuum cita motione in remigandi labore translatum est ad *planctum*. Soph. Ai. vs. 251 τοιας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι; vid. Antig. vs. 159 τινὰ δὴ μῆτιν ἐρέσσων. Apud Eurip. Iph. A. vs. 139 legitur ἐρέσσειν πόδι. Ion. vs. 161 ἐρέσσει κύκνος, de motu alarum. Cf. Latinum *pennis remigare*, *remigium alarum similia*. Ex remorum sonitu translatum est voc. πίτυλος et vocabula, quae saepissime apud poetas leguntur: φόθιον, ἐπίφροθος, πολύφροθος, ταχύφροθος. Ρόθος

autem, unde haec derivata sunt, significat *remis turbatae aquae fluctuationem*; ῥέθιον proprie usurpatum est ab Euripide Iphig. Taur. vs. 1387, Cycl. vs. 17, Hel. vs. 1118, 1452, 1502; metaphorice Andromach. vs. 1096 ῥέθιον ἐν πόλει κακόν, *mali rumores*. Contra Aristoph. Eqq. vs. 546 αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥέθιον, de *applausu in theatro*. Illi qui consentiunt dicuntur ὄμορροθεῖν. Porro ἐπιρροθεῖν est *clamare* Phoen. 1237, Hec. 553; *κακορροθεῖν maledicere* Hippol. 340, Aristoph. Acharn. vs. 577, Thesm. vs. 896. Eodem fere sensu legimus ῥέθεῖν apud Sophocl. Antig. vs. 290: ἄνδρες μόλις Φέροντες ἔρροθουν ἔμοι; ibid. vs. 413 ἐπιρρόθοις κακοῖσι.

Voc. οὔρος et verb. ἐπουρίζειν usus metaphoricus notus est. Huc autem pertinet Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 690:

ἵτω κατ' οὔρον κῦμα Κακυτοῦ λαχόν.

Cf. Sophocl. Trachin. vs. 468 ἡείτω κατ' οὔρον. Aristoph. Lysistr. vs. 550 οὔρια θεῖται.

Ab omnibus Atticis scriptoribus verbum κυβερνᾶν regendi sensu usurpatur. Aeschylus aliis verbis eandem metaphoram adhibet Pers. vs. 767:

Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν φακοστρόφουν.

Cf. Agamemn. vs. 802 πραπίδων σῖανα νέμων.

Porro sensu metaphorico ab Aeschylo adhibetur verb. ἐξοκέλλειν Suppl. vs. 438, ubi rex dicit:

καὶ δὴ πέφρασμαι· δεῦρο δὲ ἐξοκέλλεται.

„Atqui reputavi; res autem huc redigitur.”

Alia ratione Euripides Troad. vs. 137:

ἔμε τὰν μελέαν δὲ  
ἔς τάνδ' ἐξώκειλ' ἄταν.

et Menander (4, 251):

ὅ τε πλοῦτος ἔξωκειλε τὸν κεκτημένου  
εἰς ἔτερον ἥθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

ubi homo comparatur cum nave in litus electa. Nomine ἄγκυρα metaphorice utitur Aeschyl. Choeph. vs. 661, ubi de quiete post iter legimus καθίεναι ἄγκυραν. De spe sive de personis cui fides habetur hoc vocabulum adhibet Sophocles fragm. 612 μητρὶ παιδες ἄγκυραι βίου; simili modo Euripides Hec. vs. 80, Helen. vs. 277, fragm. 1007.

Huc referri posse videtur usus metaphoricus verbi καθοριζειν Aeschyl. Prom. vs. 965 :

εἰς τάσδε σωτὸν πημονὰς καθώρισας;  
μεθοριζειν μιλανδι sensu legimus apud Euripidem Alcest. vs. 798 μεθοριζει σε πίτυλος; μεθοριζεσθαι Med. vs. 258, 442:  
σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι,  
δύστανε, μεθοριστασθαι  
μάχθων πάρα.

„Tibi non est domus paterna, misera, ad quam appellas (configlias) ex miseriis. Cf. Theognis vs. 1274:

ἐκ δὲ θυελλῶν

ἥκα γ' ἐνωρισθην νυκτὸς ἐπειγομένης.

Ubi v. cl. van Herwerden corrigendum suspicatur:

ἐκ δὲ θυελλῶν

ἥκε ἐγὼ ὠρισθην νυκτὸς ἐπειγομένων.

Quod nec particula γε huius loci est nec verbum compositum.

Denique hic animadvertisendum est verbum πορθμεύειν, quo, quantum scio, unus Euripides metaphorice usus est; vid. Adrom. vs. 1229, Orest. 1032, Troad. 569; nec causam video cur mutetur Iph. T. vs. 1435, ubi Nauckius legendum statuit πορθμεύεις pro πορθμεύεισ.

### CAPUT III.

Natura fert ut ex artibus, quae quotidie ab hominibus tractantur, saepe exempla afferantur ad rem aliquam illustrandam. Ad artes autem, quae materiem praebuerunt scriptoribus Graecis, unde imagines sumerent, primo loco refero *artem lanificam*. Nunc igitur videamus translationes, quas inde petiverunt poetae Attici.

Apud ARISTOPHANEM huiusmodi legimus comparationem Lysistr. vs. 567 sqq., ubi Lysistrate bellum comparat cum filo complicato, quod feminae expedient, et de modo, quo respublica servari possit, loquitur imaginibus ex ταλασινργίᾳ petitis: „*Primum*, inquit, *oportebat ut lanam recens tonsam eluunt in aqua, malos caedere et ut sordes eicere ex urbe et carere et capita expurgare, deinceps in unum corbem carminare eadem benevolentia omnes inquilinos et hospites, amicos, et colonias dignoscere quod nobis ut partes lanae divulsae iacent; tum illorum omnium partibus collectis unum globum magnum facere ex quo texamus vestem in usum Populi;*” vs. 584 sqq.:

καὶ τὸ πάντων τὸ καταχυμα λαβόντας  
δρεῦρο ξυνάγειν καὶ συναθροῖειν εἰς ἓν, κάπειτα ποιῆσαι  
τολύπην μεγάλην, καὶ τὸν ταύτης τῷ Δῆμῳ χλαῖναν ὑφείνειν.

De voc. *κάταγμα* vid. Ruhnken. ad Timaeum p. 153.

Respondet eadem imagine Probulus vs. 586:

*οὐκουν δεινὸν ταῦτὶ ταῦτας ὁμοίζειν καὶ τολυπεύειν.*

Verbum *τολυπεύειν*, quod proprie significat *conglomerare*, derivatum est a voc. *τολύπη globus*, proprie secundum Suidam *ἄχρια πολοκύντη*. Hoc verbum cum composito *ἐκτολυπεύειν* saepius metaphorice usurpatur a poetis. Primus omnium eo usus est Homerus Iliad Ω 7 ὅπότα τολυπεύετε „*quot quantaque perfecit;*” *τολυπεύειν δόλους* Od. τ 137, *πολέμους* Il. Ξ 86, Od. α 238, *πένθος* Euripid. Rhes. vs. 744; *ἐκτολυπεύειν* Aeschyl. Agam. vs. 1031 *καίριαν ἔκτι. commodi quid efficere.*

Ex *texendi* arte apud Homerum legimus metaphoras in loquendi formis δόλου, μῆτιν ὑφαίνειν: vid. Il. Z 187, Η 324, Od. δ 628, 739; ν 303, 386; ι 422 δόλους καὶ μῆτιν ὑφαίνειν; Il. Γ 112 μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὑφαίνειν. Apud Aristophanem ex eadem arte sumtam legimus metaphorā Av. vs. 4 ἀπολούμεθ' ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω, ubi Scholiastes adnotat ad προφορουμένω: δεῦρο κάκεῖσε πορευόμενοι εἰς τάνακτια προφορεῖσθαι γὰρ λέγεται τὸ παραφέρειν τὸν στήσιον τοῖς διαζομένοις. Cf. Calliac fragm. Mein. 2 737; vid. Suid. in voc. *ἀράχην*. Qui texunt semper movent et removent filum; hic igitur metaphorice hoc verbo usus est pro *progredi et regredi*, ita ut nihil proficiatur.

Ran. vs. 578 legimus:

*ἄλλ' εἴμ' ἐπὶ τὸν Κλέων', ὃς αὐτοῦ τίμερον  
ἐκπηγεῖται ταῦτα προσκαλούμενος.*

*ἐκπηγεῖσθαι* proprie significat *solvere quod textum erat*, hic igitur est *eripere vel extorquere artibus et dolis*.

Scholiastes recte explicat ἡ ἐφαγεν ήμῶν ἀφελκύσει, adiicit autem ἀπὸ τῶν τὴν πρόκα μηρυομένων εἰς πηνία. ἄλλως ἔξελκύσει ἀπὸ τοῦ πηνίου. "Ομήρος (Il. Ψ 762) πηνιον ἔξελκουσα.

Huc quoque pertinent nonnulli loci PLATONIS: Legg. V p. 737 καθάπερ οὖν δή τινα ξυνιφῆν ἢ καὶ πλέγμ' ἄλλ' ὅτιον οὐκ ἐκ τῶν χώτῶν οἴόν τ' ἐστὶ τὴν τ' ἐφυφῆν καὶ τὸν στήμαν ἀπεργάζεσθαι, διαφέρειν δ' ἀναγκαῖον τὸ τῶν στημάτων πρὸς ἀρετὴν γένος. Στήμαν, *stamen*, est alio filo factus ac ἐφυφή i.e. quod huic intexitur subtemen. Sic quoque respublica non ex hominibus constare potest, qui omnes inter se plane similes sunt, sed ex diversis elementis eam compositam esse oportet. Metaphora ad eandem rem illustrandam utitur Polit. p. 309 sqq. In quibus omnibus ars regia, *τέχνη βασιλική*, describitur comparata cum *textore*, qui elementa in republica contexit, ita ut ex bonis, fortibus et moderatis, unum quasi *vestimentum* conficiatur, quod totum populum togat, velut tegumento comprehendat.

Plura exempla huius generis non repperi. Apud Tragicos autem saepius in metaphoris occurrit verbum *πλέκειν* et nomina inde derivata; quod verbum cum natura sua cum praecedentibus coniunctum sit, hic adscribam locos ubi legimus tales metaphoras. Apud Aeschylum extat Prom. vs. 610 οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ὥπλῳ λόγῳ. Fragm. 312 δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Cf. Eur. Ion. vs. 1280 ἐπλεξε τέχνην. Qui multos dolos nectit dicitur πολύπλοκος: Arist. Thesmoph. vs. 435 πολυπλοκωτέρας γυναικός, et vs. 463 πολύπλοκον νόημα, *dolosum*, *prudens*; cf. Theogn. vs. 67 πολυπλοκίας, 226 δολοπλοκία.

Huc pertinet Eurip. Iphig. Aul. vs. 936, ubi Achilles haec dicit Clytaemnestrae:

οὐ γὰρ ἐμπλέκειν πλούτος

ἔγὼ παρέξω τῷ πόσει τοῦμδν δέμας

„non meam permittam personam tuo marito ad nectendos dolos“ De orationibus ornatis conficiendis hoc verbo utitur Eurip. Rhes. vs. 834 πλέκων λόγους. Cf. Pind. Ol. VI vs. 86 πλέκων ποικίλον ὕμνον.

Ad metaphoram, de qua agimus, quoque pertinet quod legimus Hippol. vs. 671 κάθαρμα λύειν λόγου, ubi κάθαρμα significat nodum, difficultatem, λόγος est causa. Haec verba postea in proverbium abierunt: vid. Zenob. IV 46, qui tamen hoc ad Alexandrum et Gordii nodum spectare docet. Nos quoque dicimus: een raadsel oplossen, ont-knoopen; et cum non prudentia sed vi agitur: den knoop doorhakken, quod proverbium ex eadem provenit historia, de qua Zenobius l.l. loquitur.

Ex architectura fabrilique arte petitas nonnullas imagines offendimus apud poetas Atticos, quarum iam exempla videbimus.

De sermone, qui arte componitur, scriptisque artificiosis saepius adhibuerunt tales metaphoras, ut Aristoph. Pac. vs. 749:

κάπύργωσ' οἰκοδομήσας

ἔπεσιν μεγάλοις κτέ.

de comoediae scriptore. Cf. Ran. vs. 1004, ubi Chorus adhortatur Aeschylum:

ἄλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας βῆματα σεμνά.

Nubb. vs. 446 homo mendax dicitur ψευδῶν συγκολλητής.

Minutiae dicuntur παραπρίσματ' ἐπῶν Ran. vs. 881, λόγων ἀκριβῶν σχινδάλωμοι Nubb. vs. 130. Cf. Ran. vs. 819 sqq., ubi de Euripidis verbis Chorus canit:

(ἔσται) σχινδαλόμαν παραξένικ, σικλεύματά τ' ἔργων,  
Φωτὸς ἀμυνομένου φρενοτέκτονος ἀνδρός,

dum de Aeschylo dicitur vs. 823 sq.:

βρυχώμενος ἥσει  
ῥήματα γομφοπαγῆ, πινακῆδην ἀποσπῶν  
γηγενεῖ φυσήματι.

De Euripide denuo vs. 900 sqq.:

προσδοκᾶν οὖν εἰκός ἔστι  
τὸν μὲν ἀστεῖόν τι λέξειν  
καὶ κατερρινμένου.

quorum ultimum verbum in scholiis recte explicatur per  
ἔξεσμένον, quae eadem metaphora reddere possumus nostris  
verbis *afwijlen*, *beschaven*.

In translatione eius generis de quo agimus comicus denuo  
versatur Ran. vs. 956, ubi Euripides dicit se spectatores  
docuisse accuratum verborum usum:

λεπτῶν τε κανόναν εἰσβολὰς ἐπῶν τε γωνιασμούς.

Ex eadem arte sumtae sunt metaphorae aliae, ubi κανάν, *amussis*, et *στάθμη* memorantur; *στάθμη* enim est funiculus minio tinctus, quo admoto fabri cernere possunt, utrum recte quid positum sit necne. Si autem funiculus colore non distinctus est discerni nihil potest; quare Sophocles fragm. 307 canit:

τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμηρίομαι.  
οὐ μᾶλλον ἡ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.

Quae sententia in proverbium abiit. Cf. Zenob. IV 89. Nec rectius agunt qui *lapidem ad amussim* non adigunt, sed

*amussim ad lapidem*, quod ne fiat monet Tragicus anonymous fragm. 138 (Wagner) :

πρὸς στάθμην πέτρον τίθεσθαι μή τι πρὸς πέτρῳ στάθμην.

Ad eandem metaphoram pertinet Soph. fragm. 421, ubi legimus de amatore, qui feminam amatam avidis oculis conspicit :

ἴσον μετρᾶν ὀφθαλμὸν, ὡστε τέκτονος  
παρὰ στάθμην ἴντος δρθεῦται κανῶν.

In priore versu fortasse legendum ὀφθαλμός, in altero ἴντος cum Blomfieldo in ἴδοντος mutandum esse puto; vid. Gloss. ad Agam. vs. 1012. Non huc pertinet Eurip. Ion. vs. 1514 παρ' οἷαν ἥλθομεν στάθμην βίου, ad quem locum vid. quae adnotavit v. cl. van Herwerden in ed. Ionis, Ultrai. 1875; nec magis huc referendus est Pindari Nem. VI vs. 8 οἷαν τιν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν, ubi de *meta* in circō dicitur; cf. Eurip. fragm. 169 ἐπ' ἄκραν ἥμαρεν γραμμὴν κακῶν. Reliqui loci, ubi haec metaphora adhibetur, satis sunt perspicui. Euripid. Electr. vs. 52 legimus verba viri, cui Electra data est in matrimonium, qui tamen motus reverentia et pietate erga pristinum dominum, a virgine abstinuit, dicitque illum, cui hoc stultum videatur, non recte iudicare de integro et honesto modo vivendi:

γυνώμης πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος  
τὸ σᾶφρον ἵστω καῦτὸς αὖ τοιοῦτος ὁν.

Eodem sensu Tragicus voc. κανῶν usus est fragm. 305:

ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς  
χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνες  
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότυτας ἐμοὶ.

et fr. 377:

οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας  
δρθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δραστέον.

Cf. Timon. I 2 (Anthol. Lyr. Bergk.) μῆθον ἀληθείης δρθὸν  
ἔχων κανόνα. Theognis vs. 543 χρὴ με παρὰ στάθμην καὶ  
γνώμονα τίδε δικάσσαι. Cf. 805 et 945 σῖμι παρὰ στάθμην  
δρθῆν εἰδόν, i. e. „nusquam avertar a recta via.” Contra  
apud Aeschylum Agam vs. 1045 ut appareat παρὰ στάθμην  
significat *praeter ius et aequum*, nisi, quod valde pro-  
bable duco, cum Engero legendum sit κοῦ παρὰ στάθμην.

Nec solum ex *aedium aedificatione* verum etiam ex  
*navium constructione* tales translationes petitae sunt.

Apud Aeschylum Suppl. vs. 440 sq. rex de consilio,  
quod mutari non possit, his verbis loquitur:

γεγόμφωται σκάφος  
στρέβλωσι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον.

Ubi Wecklein *Studien zu Aeschylus* pag. 5 recte sta-  
tuere videtur eiciendum esse ὡς, et προσηγμένον, verbum  
hoc loco minime aptum, mutandum esse in προσπεπηγμένον.  
Cf. eiusdem fabulae vs. 944 sq.:

τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς  
γόμφος διαμπάξ, ὡς μένειν ἀφαρότως.

Similem metaphoram legimus Arist. Eqq. vs. 461 sqq.,  
ubi Cleon dicit:

ταυτὶ μὰ τὴν Δήμητρά μ' οὐκ ἐλάνθανεν  
τεκταινόμενα τὰ πράγματ', ἀλλ' ἡπιστάμην  
γομφούμεν' αὐτὰ πάντα καὶ κολλώμενα.

In alia re comparatione eiusdem generis usus est Euripides Cycl. vs. 460 sq.:

ναυπηγίαν δ' ὡσεὶ τις ἀρμόζων ἀνὴρ  
διπλῶν χαλινῶν τρύπωνον κωπηλάτει.

Ubi fortasse poetae menti obversata sunt Homeri verba Od. 383 sq.:

ἔγὼ δὲ ἐφύπερθεν ἀερθεῖς  
δίνουσ. Ως δέ τις τρυπῶ δόρυ νῆσον ἀνὴρ  
τρυπάνω, οἱ δέ τ' ἐνερθεν ὑποστείουσιν ἴμαντι.

Lepide de Agathone qui drama orditur Aristophanes Thesmoph. vs. 53 sqq.:

(μέλλει) δρύόχους τιθέναι δράματος ἀρχάς·  
κάμπτει δὲ νέας ἀψίδας ἐπῶν  
τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ.

Ubi drama comparatur cum nave quae construitur, cuius prima elementa, δρύοχοι, sunt trabes carinae, ἀψίδες sunt asseres arcuati, partes navis; τορνεύειν et κολλομελεῖν autem metaphorice dicuntur de *singulis verbis* quae fabulam conficiunt. Conf. eiusdem comoediae vs. 986 τόρενε πᾶσαν φόνην, quam metaphoram ex sculptura sumtam esse appareat. Cf. quoque locus Platonis ad eandem rem pertinens Phaedr. c. 10 σαφῆ καὶ στρόγγυλα καὶ ἀκριβῶς ἔκποτα τῶν ὄνομάτων ἀποτορνεύεται. Horat. A. P. 441 „versus male tornatos.” Cf. Prop. II 25 43.

Iam exempla quae ex *arte medica* sumserunt poetae recensuri, prius videamus locos, ubi nomina νόσος, νόσημα, verbum νοσεῖν sensu metaphorico occurront. Mala autem fere omnia hominis vel reipublicae cum morbis corporis comparantur. Dolores dicuntur νόσος ab Antiphane

Mein. 3, 57 ἀπαν τὸ λυποῦν ἔστιν ἀνθρώπῳ νόσος. Cf. Sophocl. Oed. R. vs. 1293 τὸ γὰρ νόσημα μεῖζον οὐ φέρειν. Tum de vitiis moralibus adhibetur Aeschyl. Prometh. vs. 225:

ἔνεστι γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι  
νόσημα τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι.

Cf. vs. 685 sq., ubi *artificiosas orationes* dicit esse νόσημα αἰσχίστου, vs. 1069 sq. *de proditione*: οὐκ ἔστι νόσος τῆσδε ἡντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον. Euripid. Orest. vs. 10 de Tantalo: ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον. Cf. Frigm. Eur. 575 vs. 6, ubi Bergkius pro ἐχθίστῃ νόσος restituit αἰσχίστη. Conf. Ion. vs. 1524 verba Ionis, qui matrem interrogat, an verum sit quod dixerat de ipso nato ex Apolline, nec tegat suum vitium Dei nomine; quod explicat his verbis: ἀ παρθένοις ἐγγίγνεται νοσήματ' εἰς κρύπτους γάμους; et Eubuli frigm. apud Meineke 3, 237 καὶ μὴ λαθραίαν Κύπριν αἰσχίστην νόσων. Remedium mali *medicina* dicitur, ille qui opem fert cum *medico* comparatur. Vid. Aeschyl. Prometh. vs. 473 sqq.:

κακὸς δὲ ἰατρὸς ὡς τις ἐσ νόσον  
πεσῶν ἀθυμεῖς καὶ σεκυτὸν οὐκ ἔχεις  
εὑρεῖν ὅποιοις Φάρμακοις ιάσιμος.

Cf. Eurip. frigm. 1071 ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἔλκεστιν βρύων.

Frequens est usus metaphoricus verbi *ἰασθαι* et nominum ἄκος, Φάρμακον; e. g. Orest. vs. 650 ἀμαρτίαν τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν τὸν ιώμανος, Sophocl. frigm. 98 κακὸς *ἰασθαι* κακός; ἄκος metaphorice adhibitum legitur Prometh. vs. 43, Agam. vs. 548, Eurip. Alc. vs. 135, Androm. vs. 121, Hel. vs. 1055, Herc. Fur. vs. 93; Φάρμακον Bacch. vs. 283, Heracl. vs. 594.

Apud pedestris quoque orationis scriptores exempla huius translationis occurunt. Plato Legg. X p. 906 ἐν τῷ μαστὶ καλούμενον νόσημα ἐν δὲ πόλεσιν ἀδικίαν. Gorg. p. 480 Β τὸ νόσημα τῆς ἀδικίας. Cf. Thuc. II 53 ἀνομίας νόσημα.

Si quis morbo laborat tecto, dicitur ὑπουρος i. e. *specie sanus*. Malum ipsum quoque ὑπουλον dicitur. Hoc adiectivum metaphorico sensu usurpatum legimus apud Sophoclem O. R. vs. 1396:

οῖον ἄρα με  
κάλλος κακῶν ὑπουλον ἔξεθρέψατε.

Quae verba Brunckius sic vertit: „qualem me educavistis pulchritudinis speciem malorum obductam ulceri. Secundum Eustathium p. 1496 Sophocles sic quoque appellavit equum Troianum: ὑπουλον εἶπε Σοφοκλῆς τὸν δούρειον ἵππον adiūcitque hanc explicationem παρενεγκάντων αὐτὸν ἐκ τοῦ σκωπτικᾶς λεγομένου ὑπούλου ἥθους, τοῦ κατ' ἀνθρώπον μὴ ὑγιῶς ἔχοντος τοῦ τρόπου, ὃς ἀπὸ ἐλκῶν ἢ δοκοῦντα ὑγιάσθαι οὐκ εἰς παντελέσ, Φασι, καθαρεύει, ἀλλὰ δηλαδὴ ὑπὸ τὴν προφανομένην οὐλὴν κακόν τι πρύπτει. Vid. Soph. fragm. 952 in ed. 5 Dindorfii. Cf. Pseudo-Menander Monostich. 587: ὑπουλος ἀνὴρ δίκτυον κεκρυμμένον, ubi significat *false*. Ad quem locum pertinere potest glossa, quam legimus apud Suidam voc. ὑπουλος: δόλιος, Φανόμενος δῆθεν σίρηνικός κτέ.

Plato proprie hoc voc. usus est in Timaeo p. 72 Β μέγας καὶ ὑπουλος αὐξάνεται ὁ σπλήν. Metaphorice Gorg. p. 518 Εἴ γνωμιδέεις ἀνθρώπους οἱ τούτους εἰστιάκαστιν εὖωχοῦντες ὡν ἐπειθύμουν, καὶ Φασι μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς· ὅτι δὲ οἰδεῖ καὶ ὑπουλός ἔστι δι' ἐκείνους τοὺς παλαιοὺς, οὐκ αἰσθάνονται. Illi παλαιοί autem sunt Themistocles, Cimon, Pericles, quos dicit cives corrupisse. Significat *incertum*,

*falsum Thuc. VIII. 64: ἐχάρησαν ἐπὶ τὴν ἀντικρυς ἐλευθερίαν τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὥπουλον αὐτονομίαν οὐ προτιμήσαντες,* ubi ἡ ἀντικρυς ἐλευθερία est libertas plena, sincera, ὥπουλος αὐτονομία vero est αὐτονομία, cui confidere non licet, quae specie tantum existit. Poppo ad hunc locum citavit Senec. Epist. LXXX „horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis et *suppurata tristitia.*”

*Pictura quoque et ars scribendi* in metaphoris adhibitae sunt; cum autem *pingere* et *scribere* Graece uno eodemque verbo designentur, hic simul de utraque metaphorarum specie agemus.

Apud Aeschylum luculentam huius generis imaginem legimus Prometh. vs. 789, ubi Prometheus dicit Io:

πλάνην Φράσω,  
ἢν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις Φρενῶν.

Hic, ut videmus, mens comparata est cum tabula, in qua scribuntur consilia, res, quae memoria tenendae sunt. Sophocles fere eadem habet fragm. 335:

Θὲς δ' ἐν Φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἔμοὺς λόγους.

Aeschl. Suppl. vs. 991 sq. Danaus filias hortatur his verbis:

ναὶ ταῦτα μὲν γράψεσθε πρὸς γεγραμμένοις  
πολλοῖσιν ἄλλοις σωφρονίσμασιν πατρός.

Cf. Choeph. vs. 450: ἐν Φρεσὶν γράφου et similem loquendi formam apud Sophoclem Philoct. vs. 1325: γράφου Φρενῶν ἔσω.

Ad eandem imaginem pertinet verbum contrarium significans, quod legimus apud Euripidem Hec. vs. 590:

καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ὄστε μὴ στένειν πάθος  
οὐκ ἀν δυναίμην ἔξαλείφασθαι Φρενός.

Quod vertunt: *Et nunc quidem tuam, ne gemam,  
cladem haud queam delere ex mente. E pictura com-  
paratio sumta est quam legimus Euripid. Helen. vs. 262 sq.,  
ubi Helena de sua forma, malorum fonte, hoc modo  
queritur:*

εἴθ' ἔξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν  
αἰσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ οὐκοῦ λαβού.

*„O utinam, deleta ut pictura, novam eamque turpiorem  
formam pro illa pulchra accepissem.”* Fortuna humana  
cum pictura comparata est ab Aeschylo in pulchra illa  
metaphora, quam legimus Agam. vs. 1327 sqq., ubi Ca-  
sandra de sorte Clytaemnestrae et Aegisthi et suā ipsius  
ita canit:

ἴω βρότεια πράγματ· εὔτυχοῦντα μὲν  
σκιά τις ἀν τρέψειν· εἰ δὲ δυστυχῆ,  
βολαῖς ὑγράσσων σπόγγος ἀλετεν γραφήν.

Verbis εὔτυχοῦντα μὲν σκιά τις ἀν τρέψειν respicit ad  
sortem Clytaemnestrae et mariti; verbis εἰ δὲ δυστυχῆ κτὲ.  
suum ipsius interitum ante oculos habet, quippe quae,  
cum sit captiva, possit deleri ut pictura deletur spongia  
humida; de qua re in praegressis canit vs. 1326:

δούλης θανούσῃς εὔμαροῦς χειρώματος.

Similem legimus metaphoram apud Euripidem fragm. 621:

τὸν δλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς  
δν γ' ἔξαλείφει βρῶν ή γραφὴν θεδε.

Cf. fragm. 1028. Porro verbum ἔξαλείφειν sensu metaphor-

rico occurrit Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 15, Euripid. Iph. Taur. vs. 698. Nec dubito quin huc pertineat voc. ἔξιτηλος, quo utitur Euripides fragm. 499: ὃστ' ἔξιτηλος ἀρετὴ καθίσταται, i. e. *ita ut virtus deleatur* (ex mente humana). Contrarium sensum habet vocabulum δευτοποιός, quod propriè dicitur de *colore*, quo lana *ita imbuta* est, ut *elui non queat*. Metaphorico sensu eo utitur Plato Resp. IV p. 429 E: ἵνα δευτοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ περὶ δεινῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Ruhnkenius ad Timaeum i. v. et hunc et alios locos contulit, in quibus Cic. de Fin. III c. 2 „iam infici debet iis artibus, quas si dum est tener combiberit, ad maiora veniet paratior.“ Quod hic dixit δευτοποιόν Plato alibi Resp. II p. 378 D δυσεκυπτά τε καὶ ἀμετάστατα vocavit: vid. Ruhn. l.l. p. 76 sq.

Cum de translationibus agamus sumitis ex artibus, quae quotidie ab hominibus tractantur, hic adiicere licere videatur illos locos ex poetis Atticis, qui continent metaphoras ex *ponderatione* petitas. Notissimi sunt illi versus Homerici, ubi Iupiter sortes Graecorum et Troianorum, Hectoris et Achillis, lancibus aureis imponit ad cognoscenda eorum fata. Iliad. Θ 70 sqq. et X 210. Quos versus in memoriam revocant haec AESCHYLI Suppl. vs. 823, ubi Chorus virginum in precibus ad Iovem canit:

σὸν δὲ ἐπίπαν ξυγὸν  
ταλάντου. τι δὲ ἀνευ σέθεν  
θνατοῖσι τέλειόν ἔστιν;

Cf. Theognid. vs. 157:

Ζεὺς γάρ τοι τάλαντον ἐπιφέπει ἄλλοτε ἄλλως.

De Marte, qui pugnae est arbiter, sic canit Agam. vs. 437:

οἱ χρυσάμοιβος δὲ Ἀρης σωμάτων  
καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορός.

i. e. hastarum libram tenens, fortunam decernens.

Deus ipse lances onerare dicitur Pers. vs. 345 sq., ubi nuntius de clade Salaminia:

ἀλλ' ᾧδε δαιμῶν τις καταφθίσει στρατὸν,  
τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσορρόπω τύχη.

'Ισόρροπος τύχη est *fortuna aequilibris*. Adiectivum autem formatum a substantivo ῥοπή *trutinae inclinatio*, quod derivatum est a verbo ῥέπειν *vergere, inclinare*. Quod metaphorico sensu usurpatum legitur Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 21: *καὶ νῦν μὲν ἐξ τοῦ ἡμέρα εὗ ῥέπει θεός*: *Deus bene inclinat i. e. nobis favet*. Composita ἀντιρρέπειν et ἐπιρρέπειν occurunt in Agamemn. vs. 250: *Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσι μαθεῖν ἐπιρρέπει*, vs. 707: *ὅς ποτ' ἐπερρέπει γαμβροῖσιν ἀειδεῖν*, ubi est verbum transitivum et significat *appendere, tribuere*. Vs. 1046 autem sensu intransitivo positum est: *εἰ δὲ οὖν ἀνάγκη τῆσδε ἐπιρρέποι τύχης*. Verbum ἀντιρρέπειν, quod legimus e. g. Agam. vs. 574: *νικᾷ τὸ κέρδος, πῆμα δὲ οὐκ ἀντιρρέπει*, eundem sensum habet quem Latinum *aquare*; idem fere significat ἀντισηκοῦν Euripid. Hec. vs. 57, et ἀντισηκοῦν ῥοπῇ, quod obviam est Pers. vs. 437, ubi nuntius tantam dicit calamitatem accedere malis relatis:

ὣς τοῖσδε καὶ δις ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ,

*ut haec mala pondere suo vel bis superet. Aliis verbis idem dicit Atossa vs. 429 sq. rogans nuntium, qualem dicat calamitatem incidisse in exercitum ῥέπουσαν ἐς τὰ μασσονα.*

Vocabulum ῥοπή alio sensu usurpatum est in Choeph. vs. 61:

ροπὴ δὲ ἐπισκοπῇ Δίκαιος  
ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάσι κτέ.

Ubi de libra Iustitiae dictum videtur, quae poenam appendit maleficis. Apud SOPHOCLEM occurrit Oed. Reg. vs. 961: σμικρὰ παλαιὰ σώματα εὐνάξει ροπή: parvo momento sopiauntur senes. Conf. Eurip. Hippol. vs. 1163: δεδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ροπῆς: i. e. non multum abest quin mortuus sit. Eadem, quam ροπή habet, significatione est quod legimus Heracl. vs. 690 σήκωμα, ubi servus dicit Iolao suum auxilium promittenti in pugna contra hostes Heraclidarum:

σμικρὸν τὸ σὸν σήκωμα προστίθης Φίλοις.

Nonnunquam ροπή dicitur de *levi momento*, ut legimus apud ARISTOPHANEM Vesp. vs. 1235: ἀνατρέψεις ἔτι τὰν πόλιν, ἀ δὲ ἔχεται ροπᾶς, ad quem locum scholiasta docet ultima verba poetam mutuatum esse ab Alcaeо.

Denique memoranda sunt metaphorae ex arte coquinaria translatae, quarum a tragediae gravitate alienarum unus ARISTOPHANES nonnulla exempla praebet. Huc pertinet verbum περιπέττειν, quod sensu metaphorico legimus Plut. vs. 159: δύοματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν, i. e. pravitatem circumdant nomine bono, velut *panem crusla*, quae vel malo bonam speciem dare potest. Inde verb. περιπέττειν sensum *decipiendi* accepit, et sic explicandum Vesp. vs. 668: ἡμιατίσις περιπεφθείς, ubi scholia recte habent ἀπατηθείς καὶ κολακευθείς καὶ θεραπευθείς. Verbum προφυράω, quod proprie significat miscere farinam cum aqua, antequam subigitur in mactra, metaphorice usurpatur Thesmoph. vs. 75, ubi Euripides de consilio feminarum exclamat:

ἔστιν κακόν μοι μέγα τι προπεφυραμένον  
magnum malum mihi praeparatum est.

Cf. Av. vs. 462:

προπεφύραται λόγος εἰς μοι, ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει,

ubi *oratio* comparata est cum *pane*, ad quem perficiendum farina iam mixta est et ad pinsendum praeparata. Ipse dicit se locuturum esse λαρινὸν ἐπος; τι, *pingue verbum, incundum palato*, pro: *suave auribus auditorum*, eadem metaphora qua apud Platonem legimus εὑωχεῖσθαι τοῦ λόγου. Verba edendi metaphorico sensu adhibita leguntur Eqq. vs. 819, Ran. vs. 1040 ἀπομάττεσθαι; Eqq. vs. 827 μυστιλᾶσθαι, cf. Eqq. vs. 815. Tandem huc pertinet locus Eqq. vs. 920 sqq., ubi Cleonis *iactantia* comparatur cum *liquore in lebete ferventi et ebullienti*:

ἀνὴρ παφλάζει, πᾶνε πᾶν,  
ὑπερζέων· ὑφελκτέον,  
τῶν δηδίων, ἀπαριστέον  
τε τῶν ἀπειλῶν ταυτη̄.

---

## CAPUT IV.

Cum superiore capite egerimus de translationibus petitis ex artibus, quae necessariae dici possint, iam videamus de illis, quae pertinent ad recreandum animum et corporis exercitationem. Huius igitur capitinis materies erunt comparationes et metaphorae ex *ludis*, *musica* et ex *palaestra* sumtae, quibus subiungam illas, quae ad *artem sagittandi* referendae sunt.

Scimus *ludos* maxime in deliciis fuisse Graecis, in primis Atheniensibus, quod, nisi aliunde notum esset, iam ex ipsa populi indole coniici liceret, quem historia docet fuisse temerarium, maxima levitatis, supra vires audacem. Cf. Thuc. I c. 70. Nemo igitur mirabitur apud poetas Atticos et reliquos scriptores satis frequentia reperiri exempla ex *ludis* petita, quorum iam brevem conspectum dabimus.

*Vita humana* cum *ludo tesserarum* comparatur ab Alexide (Mein. 3, 399):

τοιοῦτο τὸ ξῆν ἐστιν ὀσπερ σὶ κύβοι·  
οὐ ταῦτ' ἀεὶ πίπτουσιν, οὐδὲ τῷ βίῳ  
ταῦτὸν διαμένει σχῆμα, μεταβολὰς δὲ ἔχει.

Si quis periculosos labores aggreditur dicitur *πίπτειν* vel

ἀναρριπτεῖν κίνδυνον, quod ex iactu tesserarum vel talorum sumtum est. Talem metaphoram legimus apud EURIPIDEM Rhes. vs. 446 :

μίπτεῖς κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἀρι

i. e. incertam inis pugnam cum Argivis, et in eadem fabula vs. 183 :

χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν  
ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαιμονος.

Cf. AESCHYLI Sept. c. Theb. vs. 414, ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἀρις κρινεῖ. Menand. 4 88 δεδουμένον τὸ πρᾶγμα· ἀνερρήφθω κύβος, quod hemistichium suum fecit Caesar cum in eo esset ut traiceret Rubiconem. Vid. Sueton. in vit. C. I. Caes. c. 32. Ad hominem eadem res translata est ab Aristophane in fragm. Mein. 2, 1199 Φράξε τοίνυν ὡς ἐγώ τοι πᾶς ἀνέρρημα κύβος.

Mentio quidem non fit tesserarum, non tamen dubium est, quin ex eadem re metaphora sumta sit, quam legimus apud Euripidem Rhes. vs. 154 sq.:

ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω  
μίψας πατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν.

Cf. fragm. 406 vs. 6 κίνδυνον μέγαν μίπτοντες.

Probabile quoque est ad eandem rem pertinere locum Sophocleum Oed. Reg. vs. 1493: τις παραρρίψει, τέκνα, τοιχῦτ' ὅνειδη, ad quem versum vide quae adnotavit v. cl. van Herwerden in ed. mai. Oed. Reg.

Fortasse etiam Aeschylus hanc metaphoram adhibet in Sept. c. Theb. vs. 1028, ubi Antigone :

ἐγώ σφε θάψω κάνα κίνδυνον βαλῶ.

Nam ἀναβάλλειν κινδυνον non aliud significare videtur quam ἀναρριπτεῖν κ. vid. Thuc. IV 85: κινδυνόν τε τοσόνδε ἀνερρίψαμεν. Cf. c. 95. Blomfieldus vero, negans ἀναβάλλειν hoc sensu recte dici posse, scripsit καὶ κινδύνῳ βαλῶ. Vid. huius fabulae ed. in nott. crit.; quam tamen opinionem viri acutissimi merito, me iudice, non amplexi sunt editores. Cf. Herod. V 49: ἀναβάλλεσθαι μάχας. Ceterum cum locis supra citatis conferri potest Platon. Protag. p. 314 Ακινθεῖν καὶ κινδυνεῖν. Cogita quoque vocabulum ἐργοκίνδυνος, quod extat apud Xenophontem Memor. I 3 9.

Ille qui rem gerit πεσσονομεῖ, Aeschyl. Suppl. vs. 13, quod proprie significat ordinare calculos et ludere. Vid. Polluc. VII 204 τὸ δὲ πεσσοῖς παίζειν πεσσονομεῖν Κράτης εἴρηκεν ἐν Γειτοσι.

*Rerum eventus cum iactu felici aut infelici comparatur.*  
Hanc legimus metaphoram apud Aeschylum Agam. vs. 33:

τρὶς ἔξι βαλούσης τῆσδέ μοι Φρυκτωρίας

et in notissimo fragmento Epicharmi apud Stobaeum LXIX p. 289:

τὸ δὲ γαμεῖν ὁμοῖον ἔστι τῷ τρὶς ἔξι ἢ τρεῖς κύβους  
ἀπὸ τύχης βαλεῖν.

Hoc proverbium, quod apud Platonem quoque legitur Legg. XII p. 968: καὶ εἰπερ κινδυνεύειν περὶ τῆς πολιτείας ἔθελομεν συμπάσης ἢ τρὶς ἔξι ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας, πάντα ποιητέον, Zenobius IV 23 sic explicat: κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἀποκινδυνεύοντων· τὸ μὲν γὰρ τρὶς ἔξι τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ, τὸ δὲ τρεῖς κύβοι τὴν ἄτταν. Antiqui, ut notum est, tribus tesseris ludebant; τρὶς ἔξι significat tres seniones, τρεῖς κύβοι

tres uniones, qui iactus erat infelicissimus. Cf. Aristoph. vs. 1400: *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβα καὶ τέτταρα*, quem versum ex Euripidis Telepho sumtum esse docet Eustath. 1397 17; vid. schol. ad hunc locum et quae adnotavit Kock Ran. ed. 2.

*Ex talorum ludo sumtum est οὐ Χίος, ἀλλὰ Κεῖος* apud Aristoph. Ran. vs. 970. Unum tali latus dicebatur *Χίος* et valebat unionem, *Κεῖος* vero sive *Κώος*, latus oppositum, valebat senionem. Theramenes autem hic describitur, qui semper extra mala se tenebat et ad felicem partem se conferebat, unde apte hoc proverbium explicari posse videtur. Ceterum varie explicatur hoc proverbium, quod legitur Zenob. IV 74 ed. Schneidewin.

De bono rerum eventu quoque dicitur εὖ πιπτεῖν. Soph. fragm. 762:

ἀεὶ γὰρ εὖ πιπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.

Aeschyl. Agam. vs. 32:

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι.

ubi εὖ et ad θήσομαι et ad πεσόντα pertinere videtur. Ad eandem metaphoram referendus est locus Aeschyli Choeph. vs. 696, ubi de Oreste mater perfida:

ἥν γὰρ εὐβόλως ἔχω,  
ἔξω κομίζων δλεθρίου πυλοῦ πόδα.

*Εὐβόλως ἔχειν* de ludo tesserarum sumtum esse probat voc. εὐβολος, quod secundum proverbiorum scriptorem (in ed. laud. Append. III 98) usurpatum est ab Eubulo in his: Μίδας ἐν κύβοις εὐβολάτατος; vid. Meinek. fragm. com. 3 323.

In ludo *duodecim scriptorum*, quem Graeci quoque

κυβείαν vocant, si tesserae minus feliciter ceciderant, res redibat ad calculos apte disponendos, quod dicebant εὖ, sive καλῶς, ὅρθῶς θέσθαι. Comparisonem inde petivit Plato in Republ. X p. 604 C: ἀσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ ἔχυτοῦ πράγματα. Metaphorica haec loquendi formula occurrit in fragm. Sophocl. 321:

ταῦτ' ἔστιν ἀλγιστ', ἦν παρὸν θέσθαι καλῶς  
αὐτός τις αὐτῷ τὴν βλαβὴν προσθῆ Φέρων.

Fortasse huc pertinet Oed. Reg. vs. 633: τὸ νῦν παρεστῶς νεῖκος εὖ θέσθαι χρεῶν, i. e. *litem componere, ad bonum finem perducere*; et Electr. vs. 1434: νῦν τὰ πρὶν εὖ θέμενοι, τάδε ὡς πάλιν. Aliter Lucianus Amor. 16 ἐτέρῳ βόλῳ τὴν πρὶν ἀστοχίαν ἔθεράπενε. Eadem metaphora Euripidi menti obversata est fragm. 289; cf. fragm. Cratin. III ex Πυλαίφ. Conferri quoque potest Eurip. Electr. vs. 639:

τοῦνθενδε πρὸς τὸ πῖπτον αὐτὸς ἐννόει,  
et fragm. 175:

ὅστις δὲ πρὸς τὸ πῖπτον εὐλόφως Φέρει  
τὸν δαίμον', οὗτος ἥσσον ἔστ' ἀνόλβιος.

Ubi v. cl. van Herwerden legendum probavit ἔστιν ἀθλιος pro codicum lectione ἔστιν ὄλβιος, ex Scaligeri conjectura perperam mutata in ἔστιν ἀνόλβιος.

Denique ex Euripide huc referenda Hippol. vs. 718 et Iphig. Aul. vs. 1343: πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα. Nec dubium videtur quin huc pertineat, non solum ob sententiam sed etiam ob formam, Sophocl. fragm. 686:

στέργειν δὲ τὰκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει  
σοφὸν κυβευτὴν ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην.

Brunckius pro καὶ θέσθαι, quod manifesto corruptum erat, poposuit κεῦ θέσθαι, Meinekius κανθέσθαι. Brunckii autem emendatio praeferenda esse videtur; ἀναθέσθαι enim minime aptum est, quod verbum recte Suidas explicat i. v. τὸ μετκόσθαι ἀπὸ τῶν πεττεύοντων καὶ τὰς κεκινημένας ὥδη ψήφους διορθούντων. Est igitur retractare; nec aliud nos docent loci Platonis, qui hac metaphora saepius usus est, e. g. Hipparch. p. 229: ἀλλὰ μὴν καὶ ὥσπερ πεττεύων ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅτι ἀν βούλῃ τῶν εἰρημένων. Gorg. p. 461 D: καὶ ἐγὼ ἐθέλω τῶν ἀμολογημένων, εἴ τι σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ἀμολογῆσθαι ἀναθέσθαι ὅτι ἀν σὺ βούλῃ. Cf. Phaed. p. 87 A. Sermonem cum ludo *calculatorum* comparat Resp. VI p. 487. Cf. Eurip. Suppl. vs. 410:

Ἐν μὲν τοδὶ ἡμῖν ὥσπερ ἐν πεσσοῖς δίδως  
κρεῖσσον.

De quo ludo vid. Polluc. IX 97: ψῆφοι μέν εἰσιν οἱ πεττοί, πέντε δὲ ἐκάτερος τῶν παιζόντων εἰχεν ἐπὶ πέντε γραμμῶν; tum affert Sophoclis πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαι, et pergit: τῶν δὲ πέντε τῶν ἑπατέρων γραμμῶν μέση τις ἦν ιερὰ γραμμὴ καὶ ὁ τὸν ἐκεῖθεν κιγῶν πεττὸν ἐποίει τὴν παροιμίαν κινεῖ τὸν ἀφ' ιερᾶς. Cf. Polluc. VII 206 et Diogenianus V 41: κινήσω τὸν ἀφ' ιερᾶς· ἐπὶ τῶν τὰ ἔσχατα κινδυνεύοντων. Vid. editores. Proverbium autem legimus apud Platonem Legg. V p. 739: ἡ δὲ μετὰ τοῦτο Φορὰ, καθάπερ πεττῶν, ἀφ' ιερᾶς τῆς τῶν νόμων καταγκευῆς ἀηθῆς οὖσα, τάχ' ἀν θαυμάσαι τὸν ἀκούοντα ποιήσειε.

Denique ex ludo petitum videtur verbum παραβάλλομαι, quod legimus apud Homerum Il. I 322, ubi Achilles queritur:

οὐδέ τί μοι περίκειται, ἐπεὶ πάθον ἀλγει θυμῷ,  
αἱὲ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

Cf. Thuc. II 44: οἱ ἀν μὴ παιδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλό-  
μενοι κινδυνεύωσιν, et III 14: καὶ μὴ προῆσθε ἡμᾶς ἕδιον μὲν  
τὸν κίνδυνον τῶν σωμάτων παραβαλλομένους. Cf. ἀναρριπτεῖν  
κινδυνον, de qua loquendi formula iam vidimus. Hinc  
autem ductum est vocabulum quod legitur apud Aristoph.  
Vesp. vs. 192, παράβολος, sic explicatum a Phrynicho Bekk.  
Anecd.: ὃ ἐπ' οὐδενὶ δικαίῳ παραβαλλόμενος τὴν ψυχὴν καὶ τὸ  
σῶμα καὶ τὴν ἐπιτιμίαν. Idem vocabulum quoque legimus  
apud Herodotum IX 45: ἔργον οὕτω παράβολον εἴργασμα.  
Cf. Horatianum periculosa plenum opus aleae. Adverbium  
inde formatum legitur in fragm. 616 Menandri:

τὰ μεγάλα κέρδη ῥῷδιώς ἢ πλουσίους  
τοὺς παραβόλας πλέοντας ἢ νεκροὺς ποιεῖ.

Scriptores Attici nonnullas quoque imagines ex *musica*  
petiverunt. Huc referendum quod legimus in Platonis Legg.  
III p. 696: παρὰ μέλος ἔμοιγ' ἀν ἐδόκεις φεγγάσθαι, Phileb.  
p. 28 B: ἵνα μηδὲν ἡμεῖς σοι περὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἔξαμαρτάνον-  
τες παρὰ μέλος φεγγάμεθα. Soph. p. 227 D: καθαριδὸν αὐτὸν  
λέγοντες ἐν μέλει φεγγάσμεθα. Ille autem qui errat, adiectivo  
ex eadem arte petito, dicitur πλημμελής, unde verbum  
πλημμελεῖν, quod, ut appareat, proprie dicitur de erroribus  
in canendo, sed metaphorico sensu semper usurpatum pro  
ἀμαρτάνειν. Exempla leguntur apud Euripidem Phoen.  
vs. 1656: τι πλημμελήσας. Helen. vs. 1085: τι πλημμελέσεις  
δρᾷ. Med. vs. 306: μή τι πλημμελέσεις πάθης i. e. iniustum. Plato  
in primis saepe adhibuit verbum πλημμελεῖν eodem quo  
Euripides sensu: Soph. p. 242 B, Phaed. p. 117 D, Legg.

VII p. 813 C, XII p. 943 E, Phileb. p. 27 C, Resp. V p. 480 A. Adiectivo πλημμελῆς oppositum est ἐμμελῆς; v. c. Crit. p. 106 B τὸν πλημμελοῦντα ἐμμελῆ ποιεῖν, i. e. ad officium redigere. Conf. Aristophanis Conc. vs. 807: πολὺ ἐμμελέστερον i. e. multo commodius. Substantivo πλημμέλεια Plato utitur Legg. III p. 691 A: πλημμέλεια καὶ ἀμουσία.

Ad translationum genus, de quo agimus, referendum quoque est quod legimus apud Aristophanem Conc. vs. 294 sq.:

σαυτῷ προσέχων ὅπως  
μηδὲν παραχορδεῖς  
ῶν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι.

Ubi verb. παραχορδεῖς scholiastes sic explicat: παρὰ βιθυρὸν ποιήσεις, μηδὲν παραφθέγξῃ; et Bekker Anecd. 113, 2 ἀμαρτεῖν πιθαρίζοντα.

Non omittendus videtur locus Aristoph. Vesp. vs. 574:

χήμεις αὐτῷ τότε τῆς ὁργῆς ὀλίγον τὸν κόλλοπ' ἀνεῖμεν.

Ad quem locum scholia et alia dant et vero hanc adnotationem: κόλλοπες λέγονται οἱ πασσαλίσκοι τῆς κιθάρας εἰς οὓς ἀποδεσμοῦνται οἱ νευραὶ καὶ τείνονται στρεφομένων. Recte hinc explicat: ὁργῆς οὖν κόλλοπα ἀντὶ τοῦ τὴν τάσιν τῆς ὁργῆς. De voc. κόλλοψ vid. schol. Plat. Reip. VII p. 531 B et Ruhnkenius ad Timaei Lexic. p. 161.

Denique hoc referendum videtur vocabulum ἔναυλος, quod proprie dicitur de sono, quo adhuc aures tintinnant postquam sonare desiit. Vid. Plato Menex. p. 235 B: οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὄτα κτέ. Metaphorice adhibetur de re cuius adhuc recens est memoria a Platone Legg. III p. 678 C πᾶσι

Φόβος ἔναυλος ἐγεγόνει. Vid. quae praeterea contulit Ruhnkenius l.l. p. 100.

Quod scriptores Graeci multas ex *palaestra* sumserunt metaphoras, inde optime explicari potest quod arte gymnastica et corporis exercitationibus Gracci maxime delectabantur, quibus omnes fere populos superaverunt. Praecipuae autem translationes, quae hoc pertinent sunt haece:

*Totam vitam cum luctatione comparat Euripides Suppl. vs. 550:*

παλαισμαθ' ἡμῶν ὁ Βίος· εὐτυχοῦσι δὲ  
οἱ μὲν τάχ', οἱ δὲ ἐταῦθις, οἱ δὲ ἡδη βροτῶν.

Tum quoque labores difficiles eadem metaphora describuntur, ut Aeschyl. Choeph. vs. 866 sqq.:

τοιάνδε πάλην μόνος ἀν Ἐφεδρος  
δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὁρέστης  
ἄψειν. εἴη δὲ ἐπὶ νίκη.

*Orestes unus, nullo adiuvante, initurus est pugnam, luctabitur cum duobus.* Ἐφεδρος proprie significat eum, qui superato alteri luctatori succedit, ut cum victore luctetur. Cf. Aristoph. Ran. vs. 791 sq. Orestes autem tali adiutore carebat, itaque aut Ἐφεδρος hic significare debet *athletam*, *luctatorem* aut cum Madvigio legendum est Ἐφεδροις, cum duobus luctabitur. Huc quoque pertinet Sophocl. fragm. 675, restitutum a Nauckio, qui legendum proposuit:

πολλῶν πόνων δεῖ τῷ καλὸν τι μωμένῳ  
μηροῦ δὲ ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται οὐλέος.

pro πολλῶν καλῶν κτέ. Cf. ad sententiam fragm. Euripid. 238, 239, 240, 241, 242,

Porro πάλαισμα metaphorico sensu adhibetur Aeschyl.  
Eumen. vs. 589, ubi Chorus:

ἐν μὲν τόδ' ἡδη τῶν τριῶν παλαισμάτων

respondet Orestes eadem metaphora:

οὐ κειμένῳ πώ τόγδε κομπάζεις λόγου.

Quod est difficile victu dicitur δυσπαλές, Eumen vs. 559 et δυσπάλαιστον Soph. fragm. 663, Eurip. Suppl. vs. 1108, Alcest. vs. 888. Suidas hoc adiectivum explicat per δυσπαλαγώνιστος. Idem quod δυσπάλαιστον significat Euripides his verbis exprimit: Cycl. vs. 678 δεινὸς γὰρ οἶνος καὶ παλαιεσθαι βαρύς. Cf. Plauti Pseudol. V 1 6: *vinum dolosus luctator est*. Saepe etiam apud Atticos occurrit verbum ἀνταγωνίζεσθαι quod ex eadem re translatum esse scimus. Apud Aristophanem παλαιεῖν et πάλαισμα in metaphoris non repperi; unum tantum legimus nomen derivatum ἀντίπαλος Vesp. 1050, ubi utitur verbo παρελαύνειν: παρελαύνων τοὺς ἀντίπαλους significat: *praetervectus, superans aemulos*, ita ut ἀντίπαλος non primitivo sensu usurpatum esse appareat. Multae praeterea aliae metaphorae apud Aristophanem extant, quae ad luctationem pertinent; velut λαβῆν διδόναι vel ἐνδιδόναι, ansam i. e. *prehendendi facultatem praebere*, μέσον ἔχεσθαι talia, quae legimus Eqq. vs. 841, 847, Nubb. vs. 551: ὡς ἀπαξ παρέδωκε λαβῆν Τπέρβολος, ubi scholiastes recte adnotat ἀφορμὴν μέμψεως. Alio sensu scriptum est Lysistr. vs. 671: εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε καν συκρὰν λαβῆν, si quis iis quid permittat, indulgeat. Cf. Plat. Legg. III p. 682: λαβῆν ἀποδίδωσι. Phaedr. p. 236 C: περὶ μὲν τούτου, ὃ φίλε, εἰς τὰς ὁμοίας λαβᾶς ἐλήλυθας. Phileb. p. 13 D: ὁ

λόγος ἡμῶν ἐκπεσὼν σίχησται, πάλιν οὖν αὐτὸν ἀνακρουώμεθα, καὶ τάχ' ἀνιόντες εἰς τὰς ὁμοίας Ἰωας ἢν πως ἀλλήλοις συγχωρήσαιμεν. Ubi ad ὁμοίας supplendum est λαβάς, ut docet locus citatus Phaedri, et scholiastes Ruhnk. p. 58: ἀπὸ μεταφορᾶς ἐρύται τῶν παλαιόντων — ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόπου καὶ σχῆματος εἰ πάλιν ἔλθοιεν. Cf. Sophist. p. 231 C: δρθὴ γὰρ ἡ παροιμία τὸ τὰς ἀπάσας μὴ ὄφδον εἶναι διαφεύγειν. Saepe ut apud Platonem locis laudatis et Theaet. p. 162 B, *alteratio* cum *luctatione* comparatur; v. c. apud Euripidem Iphig. Aul. vs. 1013: ἀλλ' οἱ λόγοι γε καταπαλάσσουσι λόγους, Med. vs. 546: ἀνιλλάσι γὰρ σὺ προύθηκας λόγων et vs. 585 ἐν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος; cf. fragm. 347. Apud Aristophanem haec metaphora occurrit Nubb. vs. 1047:

ἐπίσχες· εὐθὺς γὰρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν  
ἄφυκτον.

Cf. Ran. vs. 469 ἔχει μέσος. Huc quoque referendus est locus Ran. vs. 775:

τῶν ἀντιλογιῶν καὶ λυγισμῶν καὶ στροφῶν.

*Λυγισμοί* enim et *στροφαί* proprie usurpantur de luctatoribus, qui corpus agitant et torquent, ne ab adversario prehendi possint. Fortasse hoc pertinet Menandi versus, qui extat apud Stobaeum Floril. 2 4: πολλοὺς λογισμοὺς ἢ πονηρία κυκλοῖ, quem locum leni mutatione restituit Cobetus v. cl. in Mnemos. 1874 p. 446, scribens ἐλιγκούς coll. Plat. Resp. p. 405 C. Porro verba δράσαν δραμεῖν, ὑπερθεῖν, ex eadem arte sumta, nonnunquam in metaphoris adhibentur a scriptoribus Atticis. Exempla legimus apud Euripidem in Androm. vs. 195: τύχη θ' ὑπερθεῖ κάμ' ἐλευθέρων

δρᾶς; i. e. *nun mea fortuna te superat?* Cf. Plato Legg.

III p. 677, ὑπερεπήδησε τῷ μυχανῆματι τοὺς ἔνυπαντας.

Ex Eurip. fragm. hoc pertinet 68 vs. 6 sq.:

ὅμως δὲ ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπεκδραμεῖν,  
ψυχὴν γὰρ ἀθλα κειμένην ἔμην δρῶ.

Cf. Aristoph. Vesp. vs. 375: τὸν περὶ Ψυχῆς δρόμου δραμεῖν, quam loquendi formulam fortasse summis ex Homero II. X vs. 161: περὶ ψυχῆς θέου "Εκτορος. Eandem metaphoram legimus apud Herodotum IX 37: τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς, cf. VII 57: περὶ ἐωυτοῦ τρέχων. In proverbii Zenobii IV 85 est λαγὼς τὸν περὶ τῶν οὐρῶν τρέχων, ubi editores et alios locos attulerunt et Aristoph. Ran. vs. 192:

δοῦλον οὐκ ἄγω,  
εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν οὐρῶν.

Ad cursum euestrem pertinere videtur metaphora quam adhibet Plato Cratyl. p. 414 B: ἐκτὸς δρόμου Φερόμενος. Cf. Crat. p. 425 A: λέγων ἐξηνέχθην, unde quoque sumta est imago, qua chorus adhortatur Aeschylum in Aristophanis Ran. vs. 993 sqq.:

μόνον ὅπως  
μή σ' ὁ θυμὸς \* \* \* \* ἀρπάσας  
ἐκτὸς σίτει τῶν ἐλαῖν.

Ἐλαῖαι enim dicuntur fuisse termini hippodromi Atheniensis. Chorus autem Aeschylum monet ne abreptus ira progredivit ultra quam fas sit et rem suam turbet. Conferri potest formula ὑπὲρ τὰ ἐπικυμένα ἀλλεσθαι, quam legimus apud Platonem Cratyl. p. 413 A; de cuius proverbii origine vid. Zenobius VI 23, et quae adnotarunt editores.

Ad hoc genus translationum quamquam proprie non pertinent, ultimo loco huic capiti adiungere liceat illas quas scriptores sumserunt ex *arte sagittandi*, quarum exempla haec praebet Aeschylus: Agam. vs. 614:

ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ.

et vs. 1194:

ῆμαρτον οὐ θηρῶ τι τοξότης τις ὥστε.

Ubi Ahrens fortasse recte κυρῶ restituit pro θηρῶ.

Eadem comparatione Sophocles usus est in Antigone vs. 1084 sq.:

ώστε τοξότης  
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα  
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπερδραμέτι.

In Oed. Reg. vs. 1196 sq. chorus de Oedipo canit:

ὅστις καθ' ὑπερβολὰν  
τοξεύσας ἐκράτητε τοῦ πάντη εὐδαιμονος ὄλβου.

Euripides hanc metaphoram adhibuit Troad. vs. 639 sq.:

ἔγω δὲ τοξεύσας τῆς εὐδοξίας  
λαχοῦσα πλεῖον τῆς τύχης ἡμάρτανον.

Ubi fortuna cum scopo comparatur quem homines sagittis petunt.

Aristophanes quoque huius metaphorae exempla habet: Nubb. vs. 943 sq. legimus:

ῥηματίσιν καίνοις αὔτὸν  
καὶ διανοίαις κατατοξεύσω,

ubi verba cum sagittis comparari videmus. Idem facit Plato Theact. p. 180 A: ὥσπερ ἐκ Φαρέτρως ῥηματίσια ἀνασπάντες

ἀποτοξεύουσι. Cf. Pind. Isthm. IV 47: γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων, et Isthm. II 3. Huc quoque pertinet Arist. Plut. vs. 33 sq.:

τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν  
ἡδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον.

Scholiastes recte explicat verbum ἐκτετοξεῦσθαι, dicens: ἐκ μεταφορᾶς τῶν τοξεύσντων, ὅταν τὴν Φαρέτραν κενάσωσιν. Haec verba igitur significant: iam putans meam, miseri, vitam prope ad finem esse adductam.

Pindarus metaphoras huius generis praeter citatas habet Ol. II 89 sq.:

ἴπεχε τὸν σκοπῷ τόξαν, ἄγε θυμόν, τίνα βάλλομεν,  
ἐκ μαλακᾶς αὗτε Φρενὸς εὐκλέας δῖστοὺς ιέντες.

Nem. VI 30, IX 55, Isthm. II 35.

Apud Platonem *philosophus* cum *sagittario* comparatus est, qui ad scopum tendit: Theaet. p. 194 A ἀλλ' οὖν τοξότην Φαῦλον ιέντα παραλλάξαι τοῦ σκοποῦ καὶ ἀμαρτεῖν, δὴ ϕεῦδος ἀνόμασται. Cf. Legg. IV p. 705, p. 717, XII p. 962. Homines, qui certum propositum non habentes temere semper vivunt, hoc modo describit Resp. VII p. 519 C: ὅτι σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχουσιν ἔνα, οὐ στοχαζομένους δεῖ πάντα πράττειν. Cf. Sophist. p. 208 B, Phileb. p. 60 A.

Denique hoc pertinet proverbium οὐδὲ κττρο βάλλει, quod legitur apud Platonem Resp. IX p. 575 C, significans: „ne prope quidem accedit,” nedum scopum attingit. Cf. Aeschyl. Agam vs. 116, Eumen. vs. 997; Zenob. V 55.

Eiusdem naturae est usus metaphoricus verbi ἀκοντίζειν et comp., quare locos, ubi occurrit talis translatio, hic

adscribam. Legimus apud Euripidem, Troad. vs. 444, τί τοὺς  
Οδυσσέως ἔξαντιζω πόνους; i. e. *quid effundo, enuntio  
labores Ulixis?* Huc quoque pertinent verba ὑπερηκούτιζω et  
καθυπερηκούτιζω, quae leguntur apud Aristophanem sensu  
*superandi et decipiendi*, e. g. Plut. vs. 666:

κλέπταν δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισκ.

Eqq. vs. 659:

δικοστίχισι βουτίν ὑπερηκόντισκ.

i. e. *superavi eum*; eodem sensu Av. vs. 363 et 825.

Ad eandem rem pertinere videtur verbum ὑπέρβαλλειν,  
quod proprie significat *iaciendo superare*, vid. Hom. Il.  
Ψ vs. 637: δονρὶ δ' ὑπερέβαλον Φυλῆα καὶ Πολυδώρον. Meta-  
phorice autem hoc verbum adhibetur ab Euripide Alcest.  
vs. 795, ubi Hercules ministro ob mortem dominae tristi  
dicit:

πίσι μεθ' ἡμῶν τάσδ' ὑπερβαλλὼν τύχας.

i. e. *nobiscum bibes hac superata adversa fortuna*; nam  
sic Nauckium recte edidisse puto pro πύλας, quod Dindorf  
aliique habent. Idem verbum legitur in fragm. 278, 462  
et Aeschyl. Pers. vs. 291.

## CAPUT V.

Superest ut videamus de iis translationibus, quae ad certum genus referri non possunt.

Saepissime in metaphoris occurunt *δόδος*, *πόρος*, *ίχνος*. Exempla legimus apud Aeschylum Suppl. vs. 93:

δαυλοὶ γὰρ πρωπίδων δάσκιοι τε τείνουσιν πόροι  
κατιδεῖν ἀφραστοι.

Cum *πρωπίδων πόροι* conferri potest *ίχνος* Φρενός, quod legitur huius fabulae vs. 1017. Talis metaphora menti poetarum obversatur utentium loquendi formulis *ξέστην*, *ξέβην* γνώμης, ἄλλοτε, *καθ' δόδον εῖμι*, quas legimus Euripid. Or. vs. 550, Iphig. Aul. vs. 136, Iphig. T. 781, Theogn. vs. 968.

Notissima est metaphora qua *πόρος* sive *δόδος* dicuntur pro ratione, qua quis difficultatem effugere potest. Huc pertinet Aeschyl. Suppl. vs. 806:

τίν' ἀν πόρου  
τέμνον γάμου λυτῆρα;

Cf. Choeph. vs. 72, Aristoph. Nubb. vs. 76: *μίαν οὐρανού ἀπρωπόν*. Hinc quoque explicandus usus adiect. *εὔπορος*, *ἀπορος*; subst. *εὔπορις*, *ἀπορίς*; verb. *εὔπορεῖν*, *ἀπορεῖν*.

Vita, ut apud nostrates, saepe cum *itinere* comparatur. De illo qui felici cursu utitur Prom. vs. 263 dicitur: *πημάτων ἔξω πόδα ἔχει*, Choeph. vs. 697: *ἔξω κορίζων δλεθρίου πηλοῦ πόδα*. Tristes vitae casus dicuntur *ἄγριαι ὁδοί*, in quas dii homines impellunt: Sophocl. Antig. vs. 1274. Ab Aeschylo ille qui in malum incidit comparari videtur cum *viatore* lapide pedem laedenti. Prom. vs. 926:

*πταιστες δὲ τῷδε πρὸς κακῷ μαθήσεται.*

Dolor dicitur comes *itineris* Choeph. vs. 733:

*λύπη δὲ ἀμισθίς ἐστὶ τοι ἔυνέμπορος.*

Homo temperatus et tranquillus apud Theognidem dicitur *μέσην ὅδον ἴγει* vs. 220, 331; cf. 382, 599; *τρίοδος* memoratur vs. 911, 945. Denique *sermo* cum *via* comparatur Aeschyl. Prom. vs. 845: *ἐς ταῦτὸν ἐλθὼν τῶν πάλαι λόγων ἵχνος*. Eurip. Rhes. vs. 422: *εὑθεῖαν λόγων τέμνων κέλευθον*. Cf. Sophocl. Philoct. vs. 896.

Porro vocabula *βάρος* et *ἄχθος* sensu metaphorico usurpantur. Apud Sophoclem talem metaphoram legimus Electr. vs. 939:

*τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος.*

Non solum vero de *malis* hoc vocabulo utuntur poetae sed etiam de *divitiis*. Vid. Euripid. Electr. vs. 1287: *καὶ δότω πλούτου βάρος*. Cf. Iphig. T. vs. 416, fragm. 810 et 822:

*κρείστων δὲ βαῖός ὄλβος ἀβλαβῆς βροτοῖς  
ἡ δῶμα πλούτῳ δυσσεβῶς ὠγκωμένον.*

Olim quoque *βάρος* legebatur apud Sophoclem Aiac. vs. 130: *ἢ μηκῷ πλούτου βάρει*, ubi nunc ab editoribus scribitur

*βάχθει.* Nauck contulit Aeschyl. Suppl. vs. 555: *βαθύπλωτον χθόνα.* Quae metaphora petita esse videtur a segete altis spicis obsita.

Voc. *ἄχθος* Sophocles metaphorice adhibet de Aiacis furore Ai. vs. 951. Apud Euripidem legimus Herc. Fur. vs. 637: *ἄχθος τὸ γῆρας.* Cf. Pseudo-Menander monost. 746:

*χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστιν ἀνθρώποις βάρος.*

De *paupertate* eandem metaphoram habet Theognis vs. 649. *Calamitatem* cum onere comparavit Euripid. Or. vs. 3: „non est, inquit Electra,

*συμφορὰ θεῖλατος,*  
*ἥς οὐκ ἂν ἀραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.*

Nec aliam metaphoram eum usum esse puto Alcest. vs. 893: *συμφορὰ πιέζει*, ubi calamitas dicitur *premere* miserum ut *onus ferentem*. Eadem quoque imago poetae obversata esse videtur Or. vs. 43: *ὅταν μὲν σῶμα κουφισθῇ νόσου.* Cf. fragm. 577, Rhes. vs. 281.

Nonnunquam *res urgentes, calamitates, animi perturbationes* al. comparantur cum *igni*, unde usus metaphoricus verborum *φλέγειν* et *κατασβεννύαι*. Comparationem *huc pertinentem* legimus apud Euripidem Or. vs. 696 sq.:

*ὅταν γὰρ ἡβᾶ δῆμος εἰς ὄργην πεσῶν,*  
*δῆμοις ὁστε πῦρ κατασβέται λέβρον.*

Cf. Hom. Il. A 596, P 366, 565, T 371, ubi pugnantes cum igni comparantur et Il. I 678, II 621, ubi *χόλον, μένος τβέσσας* eandem indicant metaphoram. Neque dubito quin *huc referendus* sit locus Eurip. Phoeniss. vs. 239 sqq.:

καὶ δέ μοι πρὸ τειχέων  
θουρίος μολὼν Ἀρης  
αἷμα δάιον φλέγει.

Ubi Kockius *Veri sim.* p. 175 pro αἷμα, iam Valckenario suspecto, poetae reddidit καῦμα.

De *virtute* hac metaphora utitur Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 52: θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων. De *spe*, qua animus incenditur, Agam. vs. 481: παραγγέλμασιν νέοις πυραθένται καρδίαν. Cf. Sophocl. Electr. vs. 888:

εἰς τί μοι  
βλέψασα θάλπει τῷδ' ἀνηκέστω πυρί;

De *vehementi dolore* Oed. Col. vs. 1695:

ώδιδύμα τέκνων ἄριστα,  
τὸ Φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς  
μηδὲν ἄγαν φλέγεσθον.

De *magna audacia* Euripid. Rhes. vs. 122:

αἴθων γὰρ ἀνὴρ καὶ πεπύργωται θράσει.

De *furore* Aiacis Sophocl. Ai. vs. 1057:

· κεὶ μὴ θεῶν τις τῆνδε πεῖραν ἔσβεσεν.

De *ira et contentione filiorum* Oedipi Oed. Col. vs. 422:

ἀλλ' οἱ θεοὶ σφιν μήτε τὴν πεπρωμένην  
ἔριν κατασβέσειαν.

Cf. Plato Resp. III p. 40 C: κατασβεννύμενον θυμόν, cui oppositum ἐρεθιζόμενον.

Verba θῆγειν, βεβύνειν, περιβεβύνειν talia, quae proprie significant acuere gladium vel sagittam, metaphorice adhiben-

tur a poetis Atticis ad indicandum hominem *iratum*, *exasperatum*. Primo loco autem hic in censum venit comparatio quae legitur apud Sophoclem fragm. 761:

Ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλβακὴ ποπίς  
ἐν χειρὶ θῆγει, σὺν τάχει δὲ ἀμβλύνεται.

Cui loco corrupto ut succurreret v. cl. v. Herwerden pro θῆγει scribendum coniecit θυκτή. Vid. *Exercit crit.* p. 29. Kockius autem *Veri Sim.* p. 246 proponit:

Ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλιθακὴ πνοὰς  
μάχαιρι θείει, σὺν τάχει δὲ ἀμβλύνεται.

Ingeniosa quidem, minus vero certa coniectura.

Apud Aeschylum hanc translationem legimus Sept. c. Theb. vs. 715: *τεθηγμένου τοι μὲν εὐκαιρίᾳ βλυνεῖς λόγῳ*, quibus verbis Eteocles suum odium et iram in fratrem Polynicem significat. Conf. Euripid. Hippolyt. vs. 689: *Ὀργὴ συντεθηγμένας φρένας*. Similiter Or. vs. 1625: *παῦσαι λῆμα* *ζήχων τεθηγμένων*. Aristophanes usus est verbo *παροξυσῶν* Ran. vs. 1116:

αἱ φύσεις τὸν ἄλλων κράτισται,  
νῦν δὲ καὶ παροκόπηνται.

Cf. Xenoph. Cyr. II 1 11, VI 2 33; Demosth. 25 4 6.

De verbis irati hanc metaphoram habet Aeschylus Prom. vs. 311: *τεθηγμένους λόγους*. Sophocles Ai. vs. 584: *γλῶσσα τεθηγμένη*. Cf. Trach. vs. 1176: *δέσυναι στόμα*. Huc quoque pertinet Aesch. Eum. vs. 859, ubi *αἰματηρὰς θηγάνας* significat: *rixas cruentas*.

Verbi *παροξύνειν* aequo ac *ἀμβλύνειν* et adiect. *δέσυς*, *ἀμβλύς*, usus fere omnibus scriptoribus communis est; *χαταμβλύνειν* legitur Sophocl. Oed. R. vs. 688.

Saepe etiam verb. ἀνοίγειν, ἐκκαλύπτειν, ἀναπτύσσειν a poetis in metaphoris adhibentur de rebus aperiendis, quae occultae sunt vel obscurae. Aeschylo Agam. vs. 1176 sq. haec translatio menti obversata esse videtur, ubi Casandra canit:

καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καινωμάτων  
ἔσται δεδορκῶς νεογάμου τύμφης δίκην.

Aeschyl. Prom. vs. 193 legimus:

πάντ' ἐκκάλυψον καὶ γέγων' ήμιν λόγον.

Cf. Eurip. Iph. A. vs. 872; ἀνακαλύπτειν ibid. vs. 1146. Cum quibus verbis comparandum est Latinum *revelare*.

Verb. ἀναπτύσσειν legitur Aesch. Pers. vs. 254, Sophocl. Electr. vs. 639, fragm. 284, 657. Eurip. Troad. vs. 662. Verbum ἀνοίγειν unde translatum sit, perspicuum fit loco Soph. fragm. 467:

Ψυχῆς ἀνοίξαι τὴν πενηνένην πύλην.

Cf. Eurip. Med. vs. 661, Ion. vs. 1563; Sophocl. Oed. Col. vs. 515. Menander utramque habet imaginem fragm. Mein. 4 264:

οὐκ ἔρδον ἀνοίγειν λαυθάνουσαν ἀτυχίαν  
ἔστ', ἀλλὰ μᾶλλον κατακαλύπτειν Φημὶ δεῖν.

Verbum ἔνυάπτειν metaphorico sensu adhibetur in formulis ἔνυάπτειν μηχανάς, μάχην, πόλεμον. Vid. Aeschyl. Pers. vs. 336, Sophocl. Ai. 1317, Euripid. Med. vs. 1232: κακὰ συνάπτειν τινί, et multis aliis locis apud pedestris orationis quoque scriptores. Alio autem sensu quam locis citatis Euripides hoc verbum usurpavit Supplic. vs. 1013: Τύχα δέ μοι ἔνυάπτει ποδὸς ἄλματι (pro ἀλλὰ τῆς ex Hermanni coniectura), quod significat: *Fatum me adsequitur*. Apud

Aristophanem legitur Lys. vs. 468: *τι τοῖσδε σωτὸν ἐς λόγον τοῖς θηροῖς ξυνάπτεις*; i. e. *cur te committis colloquio cum his bestiis?* Pindar. Pyth. IV 247: *ἄρα συνάπτει, tempus venit.*

Verbis *ξυνάπτειν*, *ἐνδεῖν*, *ἐμπλέκειν* talibus oppositum est *λύειν*, quod poetae metaphorice usurparunt, v. c. Homerus Od. ε 397, ν 321: *λύειν καιότητος*; Aeschylus Prom. vs. 326: *ἐκλῦσαι πόνων*; Suppl. vs. 1066: *πημονᾶς ἐλύσατο*; Sophocles Electr. vs. 939, Trachin. vs. 181, Oed. R. vs. 921: *ὅπως λύσιν τιν' ἡμῖν εὐαγῆ πόρης*, cest.

Homines in calamitates incidentes, nonnunquam a poetis comparantur cum *feris vel avibus*, quae in *retia* pelliuntur. Aeschylus comparisonem huc pertinentem habet Eumen. vs. 111 sq., de quo loco iam vidimus supra. Huc autem accendant Prom. vs. 1078: *εἰς ἀπέρχυτον δίκτυον ὅπτης ἐμπλεκθήσεσθ' ὑπ' ἀνοιξές*. Pers. vs. 99, ubi "Ατη ipsa homines pellicere in sua retia dicitur, Soph. Oed. Col. vs. 525 sq. Oedipus de suo matrimonio exclamat:

ικκῆ μ' εὐνῆ πόλις οὐδὲν ἔδριν  
γάμων ἐνέδησεν ὅπτα.

Cf. Euripid. Or. vs. 1421: *εἰς ἀρκυστάταν μηχανὰν ἐμπλέκειν: dolo ut rete complicare, perdere.* Iph. T. vs. 77: *ἐς ἄρκυν ἥγανες.* Cycl. vs. 196: *ἄρκυν μολεῖν ἔσω.* Cf. Soph. Electr. vs. 1476.

Neque omissus est locus Aeschyl. Agam vs. 357 sqq.:

ἢτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες  
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μῆτε μέγαν  
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι  
μέγα δουλείας  
γάγγαμον ὅπτης παναλώτου.

Γάγγαμον est rete piscatorium, vid. Polluc. X 132, qui hunc locum adducit. Cf. huius fabulae vs. 1375 sq., 1382 sq., et quae ad hos locos adnotavit Blomfield. Esca qua *pisces*, *mures* capiuntur, dicitur δέλεαρ, unde δελεάζω, δελέασμα, quae passim metaphorice usurpata sunt ab Atticis. De *muscipulo* cogitavit Aristophanes Ach. vs. 687: ἐς τάχος παιει . . . σκανδάληθ' ιστὰς ἐπῶν. Ad quem locum illustrandum faciunt verba Pollucis X 156: τὸ μέντοι ἐνιστάμενον ταῖς μυάγραις παττάλιον σκανδάληθρον καλεῖται . . . τὸ δὲ σπαρτίον ὡς συνέχεται μήρινθος.

Μήρινθος quoque nomen est *funiculi*, quo piscatores utuntur, unde explicandus Aristoph. Thesm. vs. 928:

αῦτη μὲν ἡ μήρινθος εὐδὲν ἔσπασεν

i. e. *operam perdidisti*. Quem versum inter proverbia citat Diogenianus III 35. Vid. Paroem. Graec. p. 221.

Haec erant quae adnotaveram de translationibus apud poetas Atticos, quae si tibi, Lector Benevole, non prorsus displicerint, ego, existimans non frustra operam in hunc libellum a me collatam esse, maxime laetabor.

## INDEX VERBORUM.

- |  |   |   |
|--|---|---|
| <p>Αγχυρα 72, 101.<br/>     άγων 129.<br/>     αετός 5, 10.<br/>     αθλον 129.<br/>     αγιεπίσ 7.<br/>     αῖθεν 136.<br/>     ακάτιον 86.<br/>     ακατός 81, 84.<br/>     ακοντίζειν 131.<br/>     άκος 110.<br/>     ακρα 81.<br/>     ἀλλεσθαι ὑπὲρ τὰ ἔσχατα<br/>μένα 129.<br/>     ἀλος 35, 40.<br/>     ἀμέση 34.<br/>     ἀμβληνον 137.<br/>     ἀναβάλλειν 119.<br/>     ἀναθέσθαι 123.<br/>     ἀνακαλύπτειν 138.<br/>     ἀναπτύσσειν 138.<br/>     ἀνατρέπειν 59.<br/>     ἀνθος 33, 40.<br/>     ἀνοίγειν 138.<br/>     ἀντρέπεις 99.<br/>     ἀντισκούν 115.<br/>     ἀντλειν 99.<br/>     ἀντλος 58, 96, 99.<br/>     ἀπανθίζειν 34.<br/>     ἀπομάττεσθαι 116.<br/>     ἀποτοξεύειν 131.<br/>     ἄρμα 18.<br/>     ἄρουρα 35, 38.<br/>     ἄρροτος 38.<br/>     ἄτραπός 133.<br/>     ἄντρα 50, 51, 93.<br/>     ἄγδλων 26.<br/>     ἄγχος 135.<br/>     Βάθος 135.<br/>     βάλλειν 131.<br/>     βαριβας 81.<br/>     βάρος 134.<br/>     βιάζεσθαι 17.<br/>     βλαστάνειν 35 sqq.</p> | <p>βλάστημα 35, 40.<br/>     βόσι 32.<br/>     Βόγγαμον 140.<br/>     γομφόν 108.<br/>     γραμμή ιερά 123.<br/>     γράφειν 112.<br/>     δελεάζειν 140.<br/>     δέλεαρ 140.<br/>     δελεάστρα 140.<br/>     δέλτος 112.<br/>     δεξιόσειρος 22.<br/>     δευτοπούλος 114.<br/>     δένη 43.<br/>     δίκτυον 139.<br/>     δράκων 3, 4, 14.<br/>     δραμεν 129.<br/>     δρέπεσθαι 39.<br/>     δρόμος 129.<br/>     δύσλοφος 20, 22, 27.<br/>     δυσπάλαιστρος 127.<br/>     δυσπαλής 127.<br/>     Ἐκβαίνειν ἀλλος 135.<br/>     ἐκβολή 79.<br/>     ἐκκαρπόδουσιν 34 sq.<br/>     ἐκπνίζεσθαι 103.<br/>     ἐκπιδύσθαι 41.<br/>     ἐκπλειν 85.<br/>     ἐκπνειν 48.<br/>     ἐκστῆναι γάρμης 133.<br/>     ἐκτείνειν 128.<br/>     ἐκτοκεύειν 131.<br/>     ἐκτος τοῦ δρόμου, τῶν<br/>    ἔλαῶν, φερεσθαι 129.<br/>     ἐραελής 125.<br/>     ἐναυλός 125.<br/>     ἐνζυγίνειν 19.<br/>     ἐξακοντίζειν 132.<br/>     ἐξαλείρειν 113.<br/>     ἐξαρδήν 34.<br/>     ἐξαντλειν 99.<br/>     ἐξιτηλος 114.<br/>     ἐξοξέλειν 100.<br/>     ἐξωθειν 65.</p> | <p>Σξώστης 63.<br/>     ἐπικελσαι 85.<br/>     ἐπιπνειν 45 sq.<br/>     ἐπιτείλαι 85.<br/>     ἐποκελλειν 71.<br/>     ἐπουρίζειν 63.<br/>     ἐρέττω 99.<br/>     ἔρμα 69.<br/>     ἔρνος 36.<br/>     εὐβολος 121.<br/>     εὐόλια 58.<br/>     εὐήμος 87.<br/>     εὐθύνειν 61, 67.<br/>     εὐπλοειν 97.<br/>     εὐπλοια 85.<br/>     εὐροειν 75.<br/>     εὐροια 74.<br/>     ἔφεδρος 126.<br/>     ἔφυφη 104.<br/>     ἔχιδνα 5.<br/>     Ζεύγη 16, 27.<br/>     ζεύγμα 23 sq.<br/>     ζευρύνειν 23 sq.<br/>     ζυγόν 20 sqq.<br/>     Ηνία 23 sqq.<br/>     ήνιοχειν 26 sq.<br/>     ήνιοχος 26 sq.<br/>     Θάλλειν 36.<br/>     θάλλος 36 sq.<br/>     θεριζειν 39.<br/>     θήγειν 137.<br/>     θήρα 30.<br/>     θηρευειν 30.<br/>     Ίσθαι 110.<br/>     ίκταρ 131.<br/>     ίππος 14 sq.<br/>     ιστίον 86, 92.<br/>     ίχνος 134.<br/>     Κάθαρμα 105.<br/>     καθιτπάζεσθαι 18.<br/>     καθυπερακοντίζειν 132.<br/>     κάλως 90, 95.<br/>     καναν 106 sq.</p> |
|--|---|---|

κατακλύσειν 59.  
 κατάξαι 66.  
 καταρρινεῖν 106.  
 κατασβεντύναι 136.  
 κατασκήπτειν 54.  
 καῦμα 136.  
 Κείος σίνε κάρος 121.  
 κέλευθος 134.  
 κέλλετον 84, 96.  
 κέντρον 31.  
 κίνδυνον ρίπτειν 119.  
 κίρκος 4, 5, 9.  
 κισσός 38.  
 κλύων { 41, 43, 58,  
 κλύδωνιον { 66, 74, 88.  
 κόραξ 5.  
 κόλλαφ 125.  
 κουφίζεσθαι 135.  
 κυβερνᾶν 100.  
 κυβερνήτης 67, 70.  
 κυβενεῖν 119.  
 κύβος 118.  
 κύκνος 11.  
 κύμα 41, 55, 59, 68.  
 κυριάνεν 44.  
 Δαρή 127.  
 λακτίσειν 31.  
 λέπτανον 20.  
 λέων 14.  
 λευκὴν 47, 85, 86, 91.  
 λόρος 21.  
 λυγισμός 128.  
 λύειν 105, 139.  
 Μεθορμίζεσθαι 101.  
 μέλιττα 32.  
 μήρινθος 140.  
 μυστιλόσθαι 116.  
 Ναυκληρεῖν 57.  
 ναῦς ἄδ.  
 ναυτολεῖν 66, 94.  
 νεφρός 30.  
 νεοσσός 4, 6, 12, 13.  
 νέφρος 53.  
 νηρεμία 46.  
 νόσημα 110.  
 νόσος 110.  
 νόξ 53.  
 Ενιάπτειν 139.  
 ξυγηρετεῖν 69, 99.  
 Ύδρος 133.  
 ὅξος 36.  
 ολεκονόμος 92.  
 ολακοστροφεῖν 100.  
 ολακοστρόφος 55, 61.

διμόσπορος 37.  
 δέξιεν 137.  
 δρυμίζειν 101.  
 οὐρία 63.  
 οὐρίζειν 63.  
 οὔσιος 93, 99, 100.  
 οὐρός 91.  
 Πάλαισμα 127.  
 πάλη 126.  
 παραβάλλεσθαι 124.  
 παρακονῶν 137.  
 παραχορδίζειν 125.  
 παροξύνειν 137.  
 πείσμα 86, 97.  
 πεπτός 120.  
 πεσσονομέν 123.  
 πηλός 34.  
 πιέζειν 135.  
 πίπτειν 121, 123.  
 πίνυλος 99.  
 πλεῖν κατὰ διαιρονα 89.  
 πλέκειν 104 sq.  
 πλοσή 104 sq.  
 πλούτος 98.  
 πνεῖν 46 sqq.  
 ποδουχεῖν 60.  
 πολύπλοκος 104 sq.  
 πορθμεύειν 101.  
 πρέμνοθεν 32 sq.  
 πρόρριζος 33, 40.  
 προτείνειν 24.  
 προφορεισθαι 103.  
 προφρέδην 116.  
 πρύμνη 56, 58.  
 πρυμνίσιος 95.  
 πρυμνήτης 61, 95.  
 πρώρα 44, 89.  
 πρωρατής 61.  
 πτήσειν 134.  
 πτερόν 6, 12.  
 πτέρους 13.  
 πτηνός 13.  
 πυθήνη 38.  
 πῦρ 136.  
 πυργοῦν 105.  
 πυροῦν 136.  
 παῖλος 15, 22, 26, 27.  
 Ραβδίζειν 103.  
 ρέπειν 115.  
 ρίζα 35, 38 sq.  
 ρίζωμα 32.  
 ρόθον 99.  
 ρόθος 99.  
 ρόπη 115.

Σάλος 63, 64, 87.  
 σαλεύειν 64, 87.  
 σειραφόρος 16.  
 σηκωμα 116.  
 σκανδάληθρον 140.  
 σκάφος 69.  
 σκοπός 130.  
 σκότος 52 sq.  
 σπείρω 35 sq.  
 σπέρμα 35 sq.  
 στάθμη 101, 107 sq.  
 στάχυς 34, 36.  
 στέγειν 57 sq.  
 στεροπή 53.  
 στήμων 104.  
 στόδιμον 21.  
 στοχάζεσθαι 131.  
 συγκαταξευγύνειν 21.  
 συμπλεῖν 83, 94.  
 σύμπλοις 83, 85.  
 σχινιδάλαρος 105.  
 Τέρμα 84, 86, 97,  
 τίθεσθαι εὖ, καλῶς 123.  
 τολυπεύειν 103.  
 τολύπη 103.  
 τοξίειν 130.  
 τόξευμα 130.  
 τοξότης 130 sq.  
 τορνεύειν 109.  
 τρέχειν περὶ τῆς ψυχῆς 129.  
 Ὑπελδρυμέν 130.  
 ὑπερακοντίζειν 132.  
 ὑπερβάλλειν 132.  
 ὑπερδρυμεῖν 130.  
 ὑπερθεῖν 128.  
 ὑπερπηδᾶν 129.  
 ὑπηρέτης 99.  
 ὑποζευγύνειν 21.  
 ὕπουλος 111.  
 ὑφίεσθαι 86.  
 Φάρμακον 110.  
 φηνή 7.  
 φθέργεσθαι παρά μέλος 124.  
 φιτικόν 36.  
 φλέγειν 136.  
 φυτέειν 36.  
 φυτουργός 36.  
 φῶς 32 sq.  
 Χαλινός 19, 21, 25.  
 χειμάζεσθαι 45, 50,  
 67 sq.  
 χειρών 42, 45.  
 Χίος 121.  
 χοιρός 97.

## INDEX LOCORUM

EXPLICITORUM VEL TENTATORUM.

---

	Pag.		Pag.
<b>AESCHYLUS.</b>		<b>ARISTOPHANES.</b>	
Prom.	97 sq.... 84.	Agam.	1662 sqq... 34.
"	883 ..... 18.	Eum.	550 sqq... 80 sq.
"	1009 sq.... 15 sq.	Vesp.	668 ..... 116.
Sept. c. Theb.	52 sq.... 14 sq.	Ran.	970 ..... 121.
"	289 sqq... 3.	<b>EURIPIDES.</b>	
"	393 sq.... 15.	Troad.	98 sqq... 89.
"	652 sq.... 57.	"	148 sqq... 11 sq.
"	769 sq.... 79 sq.	Orest.	45 ..... 22.
"	792 sq.... 59.	"	340 sqq... 91.
"	1028 ..... 119 sq.	"	665 sqq... 65.
Pers.	598 sqq... 74.	"	695 sqq... 48.
Suppl.	223 sqq... 4.	Med.	279 ..... 91.
Choeph.	246 sqq... 5 sq.	"	522 ..... 92.
"	794 sqq... 18 sq.	Herc. Fur.	70 sqq... 12 sq.
"	1022 sqq... 17 sq.	"	476 sqq... 95.
Agam.	218 ..... 19 sq.	Alcest.	482 ..... 24.
"	707 ..... 115.	Hippol.	470 sq.... 43.
"	1001 sqq... 76 sqq.	Iphig. T.	232 sq.... 37.
"	1046 ..... 115.	Rhes.	319 sqq... 65.
"	1639 sq.... 16 sq.	Suppl.	506 sqq... 66 sq.

	Pag.		Pag.
Fragm.	341... 26.	POLLUX I	98 ..... 60 sq.
"	1058... 75.	PSEUDO-MENANDER.	
LUCIANUS.		Monostich.	81 ..... 27
Fugit.	13... 73.	SOPHOCLES.	
Quom. hist. conscrib.	45... 81.	Aiac.	139 sq.... 7.
PLATO.		"	167 sqq... 7 sq.
Legg. V p. 737.....	104.	"	208 sq.... 46.
PLUTARCHUS.		"	674 ..... 47.
Praec. Ger. Reip. 818 A.	49.	Antig.	110 sq.... 9 sq.
Vit. Coriol. 32 init.	72.	Trach.	31 sqq... 35.
" Phoc. init.	73.	Fragm.	421 ..... 107.

## T H E S S.

---

### I.

Recte Cicero de Oratore III c. 38: „Tertius ille modus  
„transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit  
„inopia coacta et angustiis; post autem delectatio iucun-  
„ditasque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi  
„causa reperta primo, adhiberi coepta est ad ornatum  
„etiam corporis et dignitatem, sic verbi translatio instituta  
„est inopiae causa, frequentata delectationis.”

### II.

Tacitus Annal. XI c. 3: „Hortantibus dehinc quibus-  
„dam inediam *et* lenem exitum, remittere beneficium Asia-  
„ticus ait.”

Pro *et* legendum puto *ut*.

### III.

Ibidem c. 14: „Quo exemplo Claudius tres literas adiecit,

„quae usui imperitante eo, post oblitteratae, adspiciuntur  
„etiam nunc in aere *publico dis plebiscitis* per fora ac  
„templa fixo.”

Non audiendus est Mommsenus *publicatis plebiscitis*  
coniciens. Verba *dis plebiscitis* cum Nipperdeyo eicienda  
sunt.

## IV.

Locus Annal. XIII c. 38: „Cuicunque mortalium, nedum  
„veteri et provido duci, barbarae astutiae patuissent: ideo  
„artum inde numerum finiri et hinc maiorem offerri, *ut*  
„*dolus pararetur*,” corruptus esse videtur. Fortasse legen-  
dum ne *dolus pateret*.

## V.

Horatius Epist. I 7 35:

Nec *somnum plebis laudo satur altillum.*

Pro *somnum legendum coenam.*

## VI.

Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 257:

μοχθηρὸν, ὁσπερ ἀνδρας ὃν ἀλῷ πόλις.

Legendum: ὃν γ' ἀλῷ πόλις.

## VII.

Euripid. Hel. vs. 1534 sq.:

ὅ μὲν γὰρ ιστὸν, ὁ δὲ πλάτην καβίστατο  
ταρσὸν τὸ ἐνεῖρε, (cum Badham) λευκὰ θίστι εἰς ἐν ἦν.

Pro εἰς ἐν ἦν fortasse reponendum ἔξεχει.

## VIII.

Ibid. vs. 1547 sq.:

οἱ δὲ ἐκβαλόντες δάκρυα ποιητῷ τρόπῳ,  
εἰς υκῦν ἐχάρουν Μενελέῳ ποντίσματα  
Φέροντες.

Legendum conicio: πόντια κτερίσματα. (κτ. cum v. cl. van Herwerden).

## IX.

Herc. Fur. vs. 1094:

Ιδού, τὶ δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὀρμισμένος  
ῆμαι.

Rescribendum ὀρμισμένη.

## X.

Fragm. 1064:

ὅστις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ συνὰν ἀνήρ  
μέθη ταράσσει καὶ γκληνίζει Φρένα.

Pro ταράσσει legendum puto μαλάσσει.

## XI.

Simonidis Amorg. fragm. 7 vs. 38 sqq.:

ώσπερ θάλασσα πολλάκις μὲν ἀτρεμής  
ἕστηκ' ἀπήμων, χάρμα ναῦτησιν μέγα,  
θέρεος ἐν ὅρῃ, πολλάκις δὲ μαίνεται.

Legendum ἀκύμαν pro ἀπήμων.

## XII.

Xenophon Hellen. III c. II 29: τὸ μὲν στράτευμα διῆκεν.  
Legendum διαφῆκεν.

## XIII.

Ibid. II c. III 16: καὶ ἐάν τινα αἰσθανώμεθα ἐναντίον τῇ δλιγαρχίᾳ.

Legendum ἐναντίον δυτα τῇ δλιγαρχίᾳ.

## XIV.

Ibid. III c. I 16: καὶ εὐθὺς μὲν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ Λάρισαν καὶ Ἀμαξῖτὸν καὶ Κολωνὰς τὰς ἐπιθαλαττίους πόλεις ἐκούστας παρέλαβε.

Verba τὰς ἐπιθαλαττίους πόλεις, repetita ex 13, delenda esse puto.

## XV.

Lucianus de Mercat. cond. 2: καὶ ὡς τὸ πρῶτον εἰς ἐπλευσαν, γαληνοῦ ὑποφαινομένου τοῦ πελάγους, καὶ ὅσα πράγματα παρὰ τὸν πλοῦν ὅλον ὑπέμειναν, κτέ.

Non huius loci est εἰςἐπλευσαν, scribendum: ἐξἐπλευσαν.

## XVI.

Id. Quomodo historia conscrib. sit 62: οἰκοδομήσας γάρ τὸν ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργον, μέγιστον καὶ πάλλιστον ἔργον ἀπάντων, ὡς πυρσεύοιτο ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ναυτιλλομένοις ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάττης καὶ μὴ καταφέροιτο εἰς τὴν Παραίτονίαν κτέ.

Delenda est coniunctio καὶ ante μὴ καταφέροιτο.

## XVII.

Id. Scyth. 11 i. f.: ἀλλὰ χρὴ πάντα [μὲν] κάλων κινεῖν  
[πάντα δὲ πράττειν καὶ λέγειν] ὡς Φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοιντο.

Verba quae uncinis inclusi supervacua videntur.

## XVIII.

Drama, quod Medio Aevo in nostra patria extitit, non duxit originem a ludis, qui Mysteria dicuntur.

## XIX.

Recte Ionckbloet v. cl. dicit Epos nonnunquam veriorem rerum imaginem praebere quam ipsam historiam.

## XX.

Etiam nostrarum literarum studioso maxime necessaria est literarum antiquarum cognitio.

## XXI.

Interpretatio scriptorum Graecorum et Romanorum admodum commendanda est ad accuratam linguae vernaculae acquirendam cognitionem.

## XXII.

Etiam falsae hypotheses nonnunquam plurimum valuerunt ad promovendas disciplinas.

## XXIII.

Recte Plato dixisse videtur: *κανός ἐκὼν οὐδείς.*

## XXIV.

Immerito Buckle contendit *religionem et literas* non multum valuisse ad excolendum ingenium humanum.

## XXV.

Rerum conversio in Gallia saeculi proximi exeuntis profuisse historiae studio recte statuitur.

---

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

Pag.	7 vs.	4 scriptum:	placet	leg.:	placent
"	7 "	19	" δημο'	" δημο'	
"	15 "	1	" εὐχένητος	" εὐχένητος	
"	25 "	9	" ζεῦξαι	" ζεῦξαι	
"	26 "	4	" ἵππον	" ἵππον	
"	28 "	9	" dieitur de equis	" dicuntur equi	
"	31 "	2	" προσέχοντες	" προσέχοντας	
"	34 "	26	" annon	" an	
"	38 "	16	" qalem	" qualem	

" 43 post vs. 20 haec inserenda sunt: Magnam hominum multitudinem Tragici compararunt cum maris fluctibus, imitati Homerum. Vid. comparationes Il. B 144, 208 sq. Cf. Il. E 469, γ 377. Exercitus hostium κλύδων, κύμα dicitur Aeschyl. Sept. vs. 114, cf. vs. 85; Eurip. I. T. 316, Phoen. vs. 859, Ion. vs. 60; βεῦμα I. T. 1437. Cf. Sophocl. Antig. vs. 129. Verbum πείν de exercitu appropinquantи legitur Aeschyl. Sept. vs. 80, Eurip. Rhes. vs. 290. Cf. Aristoph. Eqg. vs. 526, Fragm. Cratin. Mein. 2 119.

Pag	48 vs.	12 scriptum: πόλλα	leg.:	πολλά
"	62 "	16 " imaginam	"	imaginem
"	71 "	29 ἔχοντες non fuerat sollicitandum.		
"	73 "	1 scriptum: B	leg.:	13
"	98 "	1 " ἡρήν	"	ἡρήν
"	101 "	26 unus Euripides. Verbum, quod serius animadverti, quoque metaphorico sensu adhibet Aeschyl. Ch. vs. 685		
"	112 "	18 scriptum: 335	leg.:	535
"	123 "	2 " poposuit	"	proposuit

Leviora corrigat lector benevolus.

---

